¶ Quæ agenda ſint ſtomacho laborantibus. Caput. viij.

Iquis vero ſtomacho laborat: legere clare debet poſt lectionẽ ambulare: tũ pila: vel armis: alioue quo genere: quo ſuperior pars mouet̃: exerceri. Non aquã: ſed vinum calidũ bibere ieiun9: Tum cibum bis die aſſumere: ſic tñ vt facile concoquat: Vti vino tenui & auſtero: & poſt cibũ frigidis potiõibus poti9. Stomachum aũt infirmũ indicant: pallor: macies: præcordioq; dolor: nauſea & nolentium vomitus: in ieiuno dolor capitis. Quẽ quo nõ ſunt: is firmi ſtomachi ẽ. Neq; credẽdum vtiq; noſtris ẽ: qui cũ in aduerſa valetudine vinũ aut frigidã aquam concupierunt: delitiaq; patrocinium in accuſationem nõ merẽtis ſtomachi habẽt. At qui tarde cõcoquunt: & quoq; ideo præcordia inflant̃ quiue ꝓpter ardorem aliquẽ noctu ſitire cõſuerunt: antequam cõquieſcant: duos treſue cyathos per tenuem fiſtulã bibãt. Prodeſt ẽt aduerſus tardam concoctionẽ clare legere: deinde ambulare tũ vel vngi: vel lauari aſſidue: vinũ frigidum bibere: & poſt cibũ magnã potionẽ: ſed vt ſupra dixi per ſiphonẽ. deinde oẽs potiones aqua frigida includere: Cui vero cibus aceſcit: is ante eum bibere aquam egelidam debet & vomere. At is cui ex hoc frequẽs deiectio incidit: quotiens aluus ei cõſtiterit: frigida potione potiſſimum vtatur.

¶ Quid obſeruandum ſit dolore neruoq; laborantibus. Caput. ix.

Icui vero dolere nerui ſolent: quod in podagra. chiragraue eſſe cõſueuit: huic quantum fieri poteſt: exercendum id eſt. quod affectum eſt: obijciendumq; labori & frigori: niſi cũ dolor increuit. Sub diuo quies optima ẽ. Venus ſemper inimica eſt. Concoctio: ſicuti in oĩbus corporis affectibus neceſſaria eſt. Cruditas. .n. id maxime lædit. & quotiẽs offẽſſum corpus eſt: vicioſa pars maxime ſentit. Vt cõcoctio auteẽ oĩbus vitijs occurrit: ſic rurſus alijs frigus: alijs calor. Quæ ſequi quiſq; ꝓ habitu corporis ſui debet. Frigus inimicũ eſt ſeni: tenui: vulneri: ꝑcordijs: ĩteſtinis: veſicæ: auribus: coxis: ſcapulis: naturalibus: oſſibus: dẽtib9: neruis: vulue: cerebro. Idem ſummã cutẽ facit pallidã: aridam: durã: nigrã. Ex hoc horrores. tremoreſq; naſcunt̃. At ꝓdeſt iuuenibus & oĩbus plenis. erectiorq; mens eſt & melius cõcoquit̃ vbi frigus quidẽ eſt: ſed cauet̃. Aqua vero frigida infuſa præter quam capiti ẽt ſtomacho ꝓdeſt. Item articulis doloribus: qui ſunt ſine vlceribus. itẽ rubicũdis nimis hominibus: ſi dolore vacant. Calor autẽ adiuuat oĩa: quę frigus infeſtat. itẽ lippientes: ſi nec dolor: nec lacrime ſunt. Neruos quoq; : qui contrahunt̃ ꝑcipueq; ea vlcera: quæ ex frigore ſunt. Idẽ corporis colorem bonũ facit: vrinam mouet. Si nimius ẽ: corpus effœminat: neruos emolit: ſtomachũ ſoluit. Minime vero aut frigus: aut calor tuta ſunt: vbi ſubita inſuetis ſũt. Nã frig9 lateris dolores: aliaq; vitia: frigida aq̃ ſtrumas excitat. Calor cõcoctionẽ ꝓhibet: ſomnũ aufert: ſudorẽ digerit obnoxiũ morbis peſtilẽtib9 corp9 efficit. glandulas

¶ Obſeruatio in peſtilentia. Caput. x.

St ẽt obſeruatio neceſſaria: qua quis in peſtilẽtia vtatur adhuc integer: cum tñ ſecurus eſſe non poſſit: Tum igitur oportet peregrinari: nauigare. Vbi id nõ licet: geſtari ambulare ſub diuo ante æſtum leniter: eodemq; mõ vngi: & vt ſupra compræhenſum eſt: vitare fatigationem: cruditatem: frigus: calorem: libidinem: multoq; magis ſe continere ſi qua grauitas in corpore eſt. tum neq; mane ſurgẽdum: neq; pedibus nudis ambulandum eſt: minimeq; poſt cibum aut balneum. neq; ieiuno neq; cœnato vomendum eſt. Neq; mouenda aluus. atq; etiam ſi per ſe mota eſt: comprimenda eſt. Abſtinẽdum potius ſi plenius corpus eſt: Itemq; vitãdum bal

neum: sudor: meridianus somnus vtiq; si cibus quoq; anteceſſit: qui tñ ſemel die tunc commodius aſſumit: inſuper ēt modicus: ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicem modo aqua: modo vinū bibendum eſt. Quibus ſeruatis ex reliqua victus conſuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero hæc i oi peſtilentia facienda ſint: tum in ea maxime: quam auſtri excitarint: Atq; etiam peregrinantibus eadem neceſſaria ſunt: vbi graui tempore anni diſceſſerunt ex ſui ſedibus: vel vbi in graues regiōes venerunt. Ac ſi cætera res aliqua prohibebit: vtiq; abſtinere debebit. Atq; ita ab vino ad aquam ab hac ad vinum eo qui ſupra poſitus eſt modo tranſitus ei eſſe.

CORNELII CELSI DE MEDECINA LIBER SECVNDVS.

INſtantis autem aduerſæ valetudinis ſigna complura ſunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquoꝝ virorum vti
i maximeq; Hippocratis: cum recentiores quoq; medici: quamuis quædam in curationibus mutarint: tñ hæc illum optime præſagiſſe fateātur. Sed antequam dico quibus præcedentibus morboꝝ timor ſubſit: non alienum videtur exponere. quę tempora anni: quę tempeſtatū genera: quæ ptes ætatis: qualia corpora maxime tuta: vel periculis oportuna ſint. quod genus aduerſæ valetudinis in quoq; timeri maxime poſſit. Nō quo nō omni tpe in omni tempeſtatum genere oīs ætatis: omnis habitus hominum per omnia genera morboꝝ & ægrotent & moriantur: ſed quod frequentius tñ quædam eueniant. Ideoq; vtile eſt ſcire vnumquenq; quid & quando maxime caueat.

¶ Quę anni tēpora: quę tempeſtatū genera: quæ partes ætatis qualia corpora vel tuta vel morbis oportuna ſunt: & qđ valetudinis genꝰ in quoq; timeri poſſit. Caput. I.

GItur ſaluberrimum ver eſt: proxima deinde ab hoc hyems: periculoſior
i æſtas. Autumnus lōge periculoſiſſimus. Ex tempeſtatibus vero optimæ æquales ſunt: ſiue frigidæ: ſiue calidæ: peſſimę: quæ variāt maxime. Quo fit vt autūnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis tpibus calor: nocturnis atq; matutinis: ſimulq; etiam veſpertinis frigus eſt. Corpus ergo & æſtate & ſubinde meridianis caloribus relaxatum: ſubito frigore excipitur. Sed vt eo tpe id maxime fit: ſic qñcunq; euenit noxium eſt. Vbi æqualitas autem eſt: tñ ſaluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluuij: quam tm̃ nebuloſi aut nubili: optimiq; hyeme: qui omni vento vacant: æſtate quibus fauonij perflāt. Si genus aliud ventoꝝ eſt: ſalubriores ſeptentrionales q̄ ſubſolani vel auſtri ſunt. Sic tñ vt in hæc interdum regionum ſorte mutentur. Nam fere ventus vbiq; a mediterraneis regiōibus veniens: ſalubris: a mari grauis eſt. Neq; ſolum in bono tempeſtatum habitu certior valetudo ē: ſed priores morbi quoq; ſi qui inciderunt: leuiores ſunt & prumptius finiuntur. Peſſimum ergo cęlū eſt: q; ægrum fecit: adeo vt in id quoq; genus: quod natura peius eſt in hoc ſtatu: ſalubris mutatio ſit. At ætas media tutiſſima eſt: quæ neq; iuuentæ calore: neq; ſenectutis frigore infeſtatur. Longis morbis ſenectus: acutis adoleſcentia magis patet. Corpus aūt habiliſſimū quadratum eſt: neq; gracile: neq; obeſum. Nam longa ſtatura vt in iuuenta decora eſt: ſic matura ſenectute cōficitur. Gracile corpus: infirmum: obeſum: hebes eſt. Vere tñ maxime quæcunq; humoris motu nouant in metu eſſe conſuerūt. Ergo tum lippitudines: puſtulæ: profuſio ſanguinis: abſceſſus corporis: quæ apoſtemata græci nominant: bilis atra: quam melancholiam appellant: inſania, morbus co

mitialis:angina:grauedines:deſtillationes oriri ſolent:Hi quoq; morbi:qui in articulis:neruiſque modo vrgent:modo quieſcunt:tum maxime & incohantur & repetunt. At æſtas non quidē vacat pleriſq; ab his morbis:ſed adijcit febres:vel continuas:vel ardētes:vel tertianas:vomitus alui:deiectiōes:auriculaq; dolores:vlcera oris:cācros & in cæteris quidē partibus:ſed maxime obſcenis:& quicquid ſudore hominem reſoluit. Vix quicquā ex his in autumnū non incidit:ſed oriuntur eo quoq; tempore febres incertæ:lienis dolor:aqua inter cutē. tabes:quam græci ptiſin nominant:vrinæ difficultas:quam ſtranguriam appellant:tenuioris inteſtini morbus:quē ileon nominat. Fit item lenitas inteſtinorum:quæ lienteria vocatur.coxæ dolores:morbi comitiales. Idemq; tempus & diutinis malis fatigatos & ab æſtate tm̄ proxima preſſos interimit & alijs nouis morbis conficit:& quoſdam longiſſimis implicat:maximeq; quartanis: quæ per hyemem quoq; exerceant. Neq; aliud magis tempus peſtilentiæ patet:cuiuſcunq; ea generis ē quanuis varijs rationibus nocet. Hyems āt capitis dolores:tuſſim & quicquid in faucibus:in lateribus in viſceribus mali cōtrahitur:irritat. Extempeſtatibus aquilo tuſſim mouet:fauces exaſperat:ventrem aſtringit:vrinā ſupprimit:horrores excitat:item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen corpus ſpiſſat & mobilius atq; expeditius reddit. Auſter aures hebetat ſenſus tardat:capitis dolores mouet aluum ſoluit:totum corpus efficit hebes humidum:lāguidum. Cæteri venti quo vel huic vel illi propriores ſunt:eo magis vicinos his illiſue affectus faciunt. Deniq; omnis calor:& iecur & lienem inflammat:mentem hebetat:vt anima deficiat:vt ſanguis prorumpat efficit. Frigus modo neruorum diſtentionem modo rigorem infert illud σπασμοσ ideſt ſpaſmus:hoc τετανοσ.i.taſmus græce nomiatur:nigritiem in vlceribus:horrorem in febribus excitat. In ſiccitatibus acutæ febres:lippitudines:tormina:vrinæ:difficultas:articuloq; dolores oriuntur. Per ibres longæ febres:alui deiectiones angina:cancri:morbi comitiales:reſolutio neruoq;:q̄ paralyſin græci nominant. Neq; ſolū intereſt q̄les dies ſint:ſed ēt q̄les ante preceſſerint. Si hyems ſicca ſeptentriōales ventos habuit ver autem auſtros & pluuias exhibet:fere ſubeunt lippitudines:tormina:febres:maximeq; in mollioribus corporibus:iōq; prcipue in mulieribus. Si vero auſtri:pluuiæq; hyemē occuparunt:ver autem frigidum & ſiccū eſt:grauidæ quidē fœminæ quibus tum adeſt ptus abortu periclitantur. Hæ vero quæ gignunt:imbecillos vixq; vitales edunt. Cæteros lippitudo arida:& ſi ſeniores ſunt:grauedines atq; deſtillationes male habent. At ſi a prima hyeme auſtri ad vltimum ver continuarūt:laterū dolores & inſania febricitantiū:quā phreneſin appellant:quā celerrime rapiunt. Vbi primo calor a primo vere orſus æſtatem quoq; ſimilem exhibet neceſſe eſt multum ſudorem in febribus ſubſequi. At ſi ſicca æſtas aquilones habuit:autūno vero ibres:auſtriq; ſunt:tota hyeme:quæ proxima eſt:tuſſis:deſtillatio:raucitas:in quibuſdam ēt tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoq; æq; ſiccus hiſdem aquilonibus perflatur:oibus quidem mollioribus corporibus:inter quæ muliebria eſſe propoſui:ſecunda valetudo contingit. Durioribus vero inſtare poſſunt & aridæ lippitudines:& febres partim acutæ:partim longæ:& hi morbi:qui ex atrabile naſcuntur. Quod ad ætates vero pertinet. pueri:proximeq; his:vere optime valent & æſtate prima tutiſſimi ſunt. Senes æſtate & autūni prima parte. Iuuenes hyeme. quiq; inter iuuentā ſenectutēq; ſunt. inimicior ſenibus hyems:æſtas adoleſcentibus eſt. Tū ſi qua ībecillitas orit proximū eſt vt infantes:teneroſq; adhuc pueros ſerpentia vlcera oris:quæ aphthas græci nominā:vomitus:nocturnæ vigiliæ:auriū humor:circa vmbilicū inflāmationes exerceāt.

Proprie ēt dētientiū gingiuarū exulceratiōes: diſtētiones neruoꝝ: febriculæ: alui deiectiones: maximeq; caninis dētibus oriētibus male habēt. Quæ pericula pleniſſimi cuiuſq; ſūt: & cui maxīe vēter aſtrictus ē. At vbi ætas paulū ꝓceſſit: glādule & vertebraꝝ q̄ in ſpina ſūt: aliquæ iclinatiōes: ſtrumæ: verrucaꝝ quædā genera dolētia: (acrochordōas græci appellāt) & plura alia tubercula oriūt. Incipiēte vero iā pube ex hiſdē multæ & lōge febres: ſāguinis ex narib⁹ curſus. Maxīeq; oīs puericia primū circa q̄drageſimū diē: deīde ſeptimo mēſe: tū ſeptimo ānō: poſtea circa pubertatē piclitat. Si qua ēt genera morboꝝ ī infātē inciderūt: ac neq; pubertate: neq; primis coitib⁹: neq; ī fœmia primis mēſtruis finita ſūt: fere lōga ſūt. Sepius tñ morbi pueriles: q diutius māſerūt: termināt. Adoleſcētia morbis acutis: itē comitialibus: tabiq; maxīe obiecta eſt: fereq; iuuenes ſūt, q ſāguinē expuūt. Poſt hāc ætatē lateꝝ & pulmōis dolores: lethargus: colera: iſania: ſāguinis ꝑ q̄dā ēt velut ora venaꝝ (hæmorroidas græci appellant) profuſio. In ſenectute ſpiritus & vrinæ difficultas: grauedo articuloꝝ & renū dolores neruoꝝ reſultiōes, malus corporis habitus cacheſiā græci appellāt) nocturnæ vigiliæ: vitia lōgiora aurium: oculoꝝ: ēt narium: præcipueq; ſoluta aluus. q̄ ſecūt hāc tormīa: vel leuitas inteſtinoꝝ: cæteraq; fuſi ventris mala. Præter hæc graciles: tabes: deiectiones: deſtillatiōes: itē viſcerū & laterū dolores fatigāt. Obeſi plerūq; acutis morbi & difficultate ſperandi ſtrāgulāt. ſubitoq; ſæpe moriūt. Quod ī corpore tēuiore vix euēit.

¶ De ſignis aduerſæ valetudinis futuræ. Caput ſecundū.

Nte aduerſā āt valetudinē: vt ſupra dixi: q̄dā notæ oriūt: quarū oīum cōmūe
a ē. aliter ſe corpus habere atq; cōſueuit: neq; in peius tm̄: ſed ēt in melius: Ergo ſi plenior aliquis & ſpecioſior & coloratior factus eſt: ſuſpecta habere bōa ſua debet. Quæ quia neq; in eodē habitu ſubſiſtere: neq; vltra ꝓgredi poſſunt: fere retro quaſi ruina quadā reuoluunt. Peius tñ ſignū eſt vbi aliqs cōtra cōſuetudinē emacruit & calorē decorēq; amiſit. qm̄ in his quæ ſuperant. eſt q̄d morbus demat. in his quæ deſunt: nō ē quod ipſū morbū ferat. Præter hæc ꝓtinus timeri debet. ſi grauiora mēbra ſunt. ſi crebra vlcera oriunt. ſi corpus ſupra cōſuetudinē incaluit. ſi grauior ſomnus ꝑſiſt. ſi tumultuoſa ſomnia fuerūt. ſi ſæpius expgiſcit aliqs q̄ aſſueuit. deīde iteꝝ ſopora
tur ſi corpus dormiētis circa ptes aliq̄s cōtra cōſuetudinē inſudat: maximeq; circa pectus aut ceruices aut crura vel genua vel coxas. Item ſi marcet aīus. ſi loqui & moueri piget. ſi corpus torquet. ſi dolor præcordioꝝ eſt. aut totius pectoris: aut in plurimis uenis capitis. ſi ſaliuæ plenū eſt os. ſi oculi cū dolore uertunt. ſi tēpora aſtricta ſunt. ſi mēbra inhorreſcūt. ſi ſpiritus grauior eſt. ſi circa frontē intentæ uenæ mouētur. ſi frequentes oſcitationes: ſi gēua quaſi fatigata ſunt: totumue corpus laſſitudinē ſētit. Ex quibus ſæpe plura nunquā non aliqua febrē antecedūt. In primis tñ illud conſiderandū eſt. Nūquid ſæpius hoꝝ aliq̄d eueniat: ac ideo neq; corporis ulla difficultas ſubſequat. Sunt enim quædam proprietates hominū: ſine quaꝝ notitia non facile quicq̄ in futuꝝ præſagiri poteſt: Facile itaq; ſecurus eſt ī his aliquis: quæ ſæpe ſine periculo euaſit. Ille ſollicitari debet: cui hæc noua ſūt: aut q̄ iſta nūq̄ ſine cuſtodia ſui tuta habuit.

¶ Quæ bona in ægrotantibus ſigna ſint. Caput tertium.

Bi uero febris aliquē occupat: ſcire licet nō ꝓclitari ſi in latus aut dextrū: aut ſi
u niſtrū: ut ipſi uiſū ē cubat: cruribus paulū reductis. q̄ fere ſani quoq; iacētis habitus ē: ſi facile cōuertit: ſi noctu dormit. Si interdiu uigilat. ſi ex facili ſpirat. ſi nō cōflictat. ſi circa umbiculū & pubē cutis plana ē. ſi p̄cordia eius ſine ullo ſēſu doloris æqualiter mollia ī utraq; pte ſūt. Quod ſi paulo tumidiora ſūt: ſed tñ digitis ce

dunt & nō dolent: hæc valetudo: vt ſpaciū aliquod habebit: ſic tuta erit. Corpus quo qꝫ quod æqualiter molle & calidum eſt: quodqꝫ æqualiter totū īſudat: & cuius febricula eo ſudore finiť: ſecuritatē pollicet: qñ iam ad ſanitatē venit corpus. Sternutamētū ēt inter bona īditia eſt. Et cupiditas cibi vel a primo ſeruata: vel ēt poſt faſtidium orta. Neqꝫ terrere debet ea febris: quæ eodē die finita eſt. ac ne ea quidē: quæ q̄uis longiore tēpore euanuit: tñ ante alterā acceſſionē ex toto quieuit ſicut corpus integrū: quod illi crines græci vocant: fieret. Si quis āt incidit vomitus: mixtus eſſe & bile & pituita debet: & in vrina ſubſidere albū. leue. æquale: ſic vt ēt ſi quæ quaſi nubeculæ innatarint: in vnū deferant. At venter ei qui a periculo tutus eſt: reddit modo mollia figurat eodē fere tēpore: quo ſecunda valetudine aſſueuit: modo cōuenientia his quæ aſſumunt. peior cita aluus eſt. ſed ne hæc quidē terrere protinus debet: ſi matutinis tēporibꝰ coacta magis eſt: aut ſi ꝓcedēte tēpore paulatim cōtrahitur & ruffa ē: neqꝫ fœditate odoris ſimilē aluū ſāi hois excedit. Ac lūbricos quoqꝫ aliquos ſub fine morbi deſcēdiſſe nihil nocet. Si iflāmatio i ſupioribus ptibꝰ dolorē: tumorēqꝫ fecit bonū ſignū ē. Sonus vētris ide ad iferiores ptes euolutus: magiſqꝫ ēt ſi ſine difficultate cū ſtercore exceſſit.

¶Mala ſigna ægrotantium. Caput quartum.

Contra grauis morbi piculū eſt: vbi ſupinus æger iacet porrectis māibus & cruribus. Vbi reſidere vult in ipſo acuti morbi īpetu: præcipueqꝫ pulmōibus laborātibus. Vbi nocturna vigilia ꝑmit: ēt ſi īterdiu ſomnus accedit. Ex quo tñ peior ē qui iter quartā horā & noctē: q̄ qui matutino tēpore ad quartā. Peſſimū tñ eſt ſi ſomnus: neqꝫ noctu neqꝫ īterdiu accedit. Id enī fere ſine cōtinuo dolore eſſe nō pōt. Aeque vero ſignū malū ē ēt ſomno vltra debitū vrgeri: peiuſqꝫ quo magis ſe ſopor interdiu: noctuqꝫ cōtinuat. Mali etiam morbi teſtimoniū eſt vehemēter & crebro ſpirare: a ſexto die cœpiſſe inhorreſcere: pus expuere: vix excreare: dolorē habere cōtinuum difficulter ferre morbū: iactare brachia & crura: ſine volūtate lacrimare: habere hūorē glutinoſū dentibus inhærentē: cutē circa vmbilicū & pubē macrā. precordia inflāmata: dolētia. dura. tumidi. intētia: magiſqꝫ ſi hæc: dextra parte: q̄ ſiniſtra ſūt periculoſiſſimū tñ eſt: ſi venæ quoqꝫ ibi vehementer agitātur. Mali ēt morbi ſignū ē: nimis celeriter emacreſcere: caput & pedes manuſqꝫ calidas habere ventre & lateribus frigentibus aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente: aut poſt ſudorem inhorreſcere. aut poſt uomitū ſingultū eē. uel rubere oculos. aut poſt cupiditatē cibi: poſtue lōgas febres hūc faſtidire: aut multū ſudare: maxīeqꝫ frigido ſudore. aut habere ſudores non ꝑ totū corpus æquales: quiqꝫ febrē non finiant: & eas febres: quæ quotidie tēpore eodē reuertant: quæue ſēper pares acceſſiōes habeant: neqꝫ tertio quoqꝫ die leuētur quæue cōtinuent: uel per acceſſiones increſcant: ꝑ diſceſſiones tm̄ molliantur. nec unq̄ integrum corpus dimittant. Peſſimū eſt ſi ne leuatur quidē febris: ſed æque concitata continuat. Periculoſū eſt ēt poſt arquatū morbū febrē oriri utiqꝫ ſi præcordia dextra parte dura manſerunt ac dolentibus his leua. Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet. Neqꝫ unq̄ in acuta febre: ut a ſomno non eſt terribilis neruoꝝ diſtentio. Timere ēt ex ſomno mali morbi eſt. Itemqꝫ in prima febre protinus mentē eſſe turbatā: membrūue aliquod eſſe reſolutū. Ex quo caſu quāuis uita reddit: tñ id fere membrū debilitat. Vomitus ēt periculoſus eſt ſinceræ pituitæ uel bilis: peiorqꝫ ſi uiridis aut niger eſt. At mala urina ē in qua ſubſidūt ſubrubra aut liuida deterior ī quaſi fila q̄dam tenuia atqꝫ alba. peſſima ex his ſi tanq̄ ex furfuribus factas nubeculas repreſentat. Diluta quoqꝫ atqꝫ alba uitioſa eſt: ſed in phreneticis maxime. Aluus āt mala eſt ex toto

ſuppreſſa. Periculoſa ẽt quæ inter febres fluens cõquieſcere hominẽ in cubili nõ patit: vtiq; ſi qd descẽdit ẽ perliquidũ aut albidũ: aut pallidũ: aut ſpumãs. Præter hæc periculũ oſtẽdit id qd excernit ſi ẽ exiguũ: glutinoſum: leue: album: idemq; ſubpallidũ: vel ſi eſt aut liuidũ aut bilioſum aut cruentum aut peioris odoris: quam ex cõſuetudine. Malum eſt etiam: quod poſt longas febres ſincerum eſt.

¶ De ſignis longæ valetudinis. Caput quartum

Oſt hæc idicia notũ ẽ lõgũ morbũ fieri. Sic. n. neceſſe ẽ: niſi occidit. Neq; vitæ p alia ſpes i malis magnis ẽt q̃ vt ipetũ morbi trahẽdo aliqs effugiat: porrigat q̃ i id tẽpus quod curatiõi locũ p̃ſtet. Protinus tñ ſigna quædã ſũt: ex quibus colligere poſſumus morbũ & ſi nõ iteremerit: lõgius tñ tempus babiturũ. Vbi frigidus ſudor iter febres nõ acutas circa caput tñ & ceruices orit. aut vbi febre nõ qeſcent corp9 iſudat. Aut vbi corpus mõ frigidũ: mõ calidũ ẽ: & color ali9 ex alio fit. Aut vbi qd iter febres aliqua pte abceſſit: ad ſanitatẽ nõ puenit. Aut vbi æger p ſpacio parum emareſcit: Itẽ ſi vrina mõ liquida & pura ẽ: mõ habet q̃dã ſubſidẽtia leuia: atq; alba rubraue ſũt, quæ i ea ſubſidũt aut ſi q̃ſdã quaſi maculas repſentat aut ſi bullulas excitat.

¶ De indicijs mortis. Caput quintum.

Ed inter hæc quidẽ ꝓpoſitio metu ſpes tñ ſupereſt. Ad vltima vero iã vẽtũ eẽ s teſtãt: nares acutæ: collapſa tẽpora: oculi cõcaui: frigidæ lãguidæq; aures & imis ptibus lẽiter verſæ: cutis circa frontẽ dura & itẽta: color aut niger: aut p pallidus. multoq; magis ſi ita hæc ſũt: vt neq; vigilia p̃ceſſerit: neq; vẽtris reſolutio: neq; inedia. Ex quib9 cauſis inrerdũ hæc ſpecies orit: ſed vno die finit. Itaq; diutius durãs mortis index eſt. Si vero i morbo vetere iã triduo talis ẽ: in ꝓpinquo mors ẽ: magiſq; ſi p̃ter hæc oculi quoq; lumẽ refugiũt & illacrimãt: quæq; i his alba eẽ debẽt: rubeſcũt atq; i hiſdẽ venulæ pallẽt: pituitaq; i his inatans nouiſſime ãgulis inhærcſcit: alterq; ex his minor ẽ: hiq; aut vehemẽter ſubſederũt aut facti tumidiores ſũt: perq; ſomnũ palpebræ nõ cõmittũt: ſed inter has ex albo oculoꝝ aliquid apparet: neq; id fluẽs aluus expreſſit: eædẽq; palpebræ pallẽt: & idẽ pallor labra & nares decolorat. Eadẽq; labra & nares oculiq; & palpebræ & ſupcilia: aliquaue ex his puertũt: iſq; pp imbecillitatẽ iã nõ audit: aut nõ videt eadẽ: mors denũtiat. Vbi ægri ſupini cubãt: hiſq; gẽua cõtracta ſũt. Vbi deorſũ ad pedes ſubide delabit. Vbi brachia & crura nudat & inæquabiliter diſpergit: neq; his calor ſubeſt. Vbi hiat. vbi aſſidue dormit. vbi is qui mentis ſuæ nõ eſt: neq; id facere ſanus ſolet: dẽtib9 ſtridet. Vbi vlcus quod aut ante: aut in ipſo morbo natũ eſt: aridũ & aut pallidũ aut liuidũ factũ eſt. Illa quoq; mortis indicia ſũt: vngues digitiq; pallidi: frigidus ſpiritus: aut ſi manibus quis in febre & acuto morbo vel inſania: pulmoni ſue dolore vel capitis: in veſte floccos legit: fimbriaſue diducit: uel in adiũcto pariete ſi qua minuta eminent: carpit. Dolores ẽt circa coxas & iferiores ptes orti ſi ad viſcera trãſierũt ſubitoq; deſierunt: mortẽ ſubeſſe teſtãt: magiſq; ſi alia quoq; ſigna acceſſerũt. Neq; is ſeruari poteſt: q ſine vllo timore fabricitãs ſubito ſtrãgulatur: aut deuorare ſaliuã ſuã nõ põt. Cuiue in eodẽ febris corporiſq; habitu ceruix cõuertit, ſic vt deuorare æque nihil poſſit Aut cui ſimul & cõtinua febris & vltima corpis ifirmitas eſt. Aut cui febre nõ qeſcẽte extereor pars friget: itereor ſic calet: vt ẽt ſitim faciat. Aut qui febre æque nõ quieſcẽt: ſimul & delirio & ſpirandi difficultate vexat. Aut qui epoto veratro exceptus diſtẽtiõe neruoꝝ ẽ. Aut q ebrius obmutuit. Is enĩ febre adiecta neruoꝝ diſtẽtiõe cõſumit: niſi aut febris acceſſit aut eo tpe quo ebrietas ſolui debet: loqui cepit. Mulier quoq; grauida acuto morbo facile cõſumit: & is

cui ſomnus dolorē auget: & cui ꝓtinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel ſupra ſe oſtēdit: cuiue alterutrū mō ſe prompſit: cū iā lōgo morbo corpus eius eēt extēuatū & affectū. ſputū ēt bilioſū & purulētū. ſiue ſeperatim iſta ſiue mixta ꝓueniunt iterit⁹ ꝑiculū oſtēdūt. Ac ſi circa ſeptimū diē tale eſſe cœpit: ꝓximū eſt vt is circa quartūdecimū diē decedat: niſi alia ſigna meliora: peioraue acceſſerint. Quæ quo leuiora grauioraue ſubſecuta ſūt: eo vel ſeriorē mortē: vel maturiorē denūciant. Sudor quoq; frigidus in acuta febre peſtiferus ē, atq; in oī morbo vomitus: qui varius & multorū colorū ē: ꝑcipueq; ſi malus i hoc odor eſt. Ac ſanguinē quoq; in febre vomuiſſe peſtiferū ē. Vrina vero rubra & tēuis in magna cruditate eē cōſueuit: & ſepe anteq; ſpacio matu reſcat hoiem rapit. Itaq; ſi talis diuti⁹ ꝓmanet: ꝑiculū mortis oſtēdit. Peſſima tñ ē prę cipueq; mortifera: nigra. craſſa. mali odoris. Atq; in viris qdē & mulieribus talis deterrima ē. In pueris vero q̄ tenuis & diluta ē. Aluus quoq; varia peſtifera eſt q̄ ſtrigmētū: ſanguinē: bilē viridē: aliquid mō diuerſis tēporibus: mō ſimul: & in mixtura quadam diſcreta tñ reꝑſentat. Sed hæc quidē pōt paulo diutius trahere. In præcipiti vero iā eē denunciat quæ liqda: eademq; vel nigra vel palida vel pinguis ē: vtiq; ſi magna fœditas odoris acceſſit. Illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio. Si certa futuræ mortis īdicia ſūt: quomō interdū deſerti a medicis cōualeſcāt: quoſdāq; ꝓdiderit in ipſis funeribus reuixiſſe. Quin ēt vir magni nominis Democritus ne finitæ quidē vitæ ſatis certas notas eſſe ꝓpoſuit. q̄bus medici credidiſſent adeo illud nō reliquit vt certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent. Aduerſus quos ne dicā illud qdē q̄d in vicino ſæpe quærdā notæ poſitæ nō bonos ſed īperitos medicos decipiūt quod Aſclepiades funeri obuius ītellexit eū viuere qui efferebat: ne ꝓtinus crimē artis eſſet ſi q̄d ꝓfeſſoris ſit: illa tamē moderatius ſubijciā. Coniecturalē artē eē medicinā: rōnēq; cōiecturæ talē eē: ut cum ſæpius aliquādo reſpōderit: īterdū tñ fallat nos. Si quid itaq; uix̄ī milleſimo corpore aliqñ decipit: id notā nō habet: cū par īnumerabiles hoies reſpōdeat. Idq; nō in his tm̄: quæ peſtifera ſūt: dico: ſed in his quoq; q̄ ſalutaria. Si quidē ēt ſpes interdū fruſtratur & morit aliquis: de quo medic⁹ ſecurus primo fuit. Quæq; medēdi cauſa reperta ſūt nō nunq̄ ī peius aliquid cōuertūt. Neq; id euitare humana ibecillitas ī tanta uarietate corporū pōt. Sed ē tñ medicinæ fides: q̄ multo ſæpius ꝑ q̄ multo plures ægros ꝓdeſt. Neq; tñ ignorare oportet ī acutis morbis fallaces magis notas eē & ſalutis & mortis.

¶ De notis quas aliquis in ſingulis morbȝ generibus habere poſſit. Caput ſextum.

Ed cū ꝓpoſuerim ſigna q̄ in oī aduerſa ualetudine cōia eſſe cōſueuerūt: ea quo ſ q; trāſibo: ut q̄s aliquis ī ſingulis morbo generibus habere poſſit notas īdicē q̄dā āt ſūt q̄ ante febres: q̄dā quæ iter eas qd aut intus ſit: aut uēturū ſit oſtendūt. Ante febres: ſi caput graue eſt: aut ex ſomno oculi caligāt: aut frequētia ſternuta mēta ſūt: circa caput aliquis pituitæ īpetus timeri pōt. Si ſanguis aut calor abūdat: ꝓximū eſt ut aliqua ꝑte ꝓfluuiū ſāguinis fiat. Si ſine cauſa quis emacreſcit: ne in malū habitū corpus eius recidat: metus ē. Si ꝑcordia dolēt: aut īflāmatio grauis ē: aut non toto die cōcocta fert urina: cruditatē eē māifeſtū ē. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt. hi uel capitis doloribus cōflictāt: uel terrā edūt Qui diu habēt faciem pallidā & tumidā: aut capite aut uiſceribus: aut aluo laborāt. Si ī cōtinua febre puero uēter nihil reddit: mutat q; ei color: nec ſomnus accedit: ploratq; is aſſidue: metuēda neruoȝ diſtētio ē. Frequēs āt deſtillatio in corpore tenui: longoq; tabē timēdā eſſe teſtat. Vbi plurib⁹ diebus nō deſcēdit aluus: docet aut ſubitā deiectionē: aut febriculā inſtare. Vbi pedes turgēt: lōgæ deiectiōes ſunt. Vbi dolor in imo uentre & coxis eſt: aqua inter cutem iſtat. Sed hoc morbi gēus ab ilibus oriri ſolet. Idē ꝓpoſitū ꝑiculū ē

tis: quibus voluntas deiidēdi est: venter nihil reddit: nisi & ægre & durū: tumor in pedibus est idēq; mō dextra: mō siniſtra ꝑte ventris inuicē oritur atq; finitur. ſed a iecinore id malū ꝓficiſci videt. Eiuſdē morbi nota est: Vbi circa vmbilicū inteſtina torquentur (Strophon græci nominant) coxeq; dolores manent: eaq; neq; tēpore neq; remedijs ſoluuntur. Dolor āt articuloꝝ ꝓut in pedibus manibus aut alia qualibet parte fit ē: vt eo loco nerui cōtrahātur: aut ſi id mēbꝝ ex leui cauſa fatigatū æque frigido calidoq; oſtēditur: podagrā chiragramue: vel eius articuli inde id ſentit morbū futurū eē denūtiat. Quibus ī pueritia ſāguis ex naribus fluxit: dein fluere deſijt: hi vel capitis doloribus cōflictent neceſſe ē: vel ī articulis aliquas exulceratiōes graues habeāt: vel aliquo morbo ēt debilitentur. Quibus fœminis menſtrua nō ꝓueniūt: neceſſe ē capitis acerbiſſimi dolores ſint: vel q̄libet alia pars morbo īfeſtetur. Eadēq; his picula ſūt quib9 articuloꝝ vitia dolores tumoreſq; ſine podagra ſimilibuſq; morbis oriūt & deſinūt: Vtiq; ſi ſæpe tēpora hiſdē dolēt: noctuq; corpora iſudāt: ſi frōs prurit lipptudinis metus ē. Si mulier a ꝓtu vehemētes dolores habet: neq; ꝓter ea ſigna mala ſūt: circa vigeſimū diē aut ſāguis ꝓ nares erūpet: aut in inferioribus ꝓtibus aliquid abſcedet. Quicūq; ēt doloꝝ īgentē circa tēpora & frōtē habebit: is alterutra rōne eū finiet magiſq; ſi iuuenis erit: ꝓ ſāguinis ꝓfuſionē: ſi ſēior: ꝓ ſuppurationē. Febris āt quæ ſubito ſine rōne ſine bōis ſignis finita ē: fere reuertit. Cui fauces ſāguine & interdiu & noctu replēt ſic vt neq; capitis dolores: neq; præcordioꝝ: neq; tuſſis: neq; vomit9: neq; febricula ꝓceſſerit: huius aut ī narib9 aut in faucib9 vlcus repiet. Si mulieri ex īguine febricula orta ē: neq; cauſa apparet: vlcus in vulua est: Vrina autē craſſa ex qua q̄d deſidet albū est: ſignificat circa articulos: aut circa viſcera doloꝝ metumq; morbi eſſe. Eadē viridis aut viſceꝝ doloꝝ tumoꝝq; cū aliquo ꝓiculo ſubeſſe: aut certe corpus itegrū ñ eſſe teſtat. At ſi ſanguis aut pus in vrina est: vel viſica vel renes exulcerati ſunt. Si hæc craſſa carūculas quaſdā exiguas quaſi capillos habet: aut ſi bullat & male olet & iterdū quaſi harenā interdū q̄ſi ſanguinē trahit: dolent āt coxæ: quæq; inter has ſuper quę pubē ſūt: & accedūt frequētes ructus: iterdū vomitus bilioſus: extremæq; ꝓtes frigeſcūt: vrinæ crebra cupiditas ſed magna difficultas ē: & q̄d ide excretū ē aquę ſimile vel ruffū vel palidū est: paulū tñ in eo lauamēti ē: aluus vero cū multo ſpiritu reddit: vtiq; ī renibus vitiū ē. Aut ſi paulati deſtillat: vel ſi ſāguis ꝓ hāc edit: & in eo quædā cruēta cōcreta ſūt: idq; ipſū cū difficultate reddit: & circa pubē īferiores ꝓtes dolēt: ī eadē veſica vitiū ē. Calculoſi verohis inditijs cognoſcūt. Difficulter vrina reddit: paulatiq; iterdū ēt ſine volūtate deſtillat. Eadē harenoſa ē: nōnūq̄ aut ſanguis: aut cruentum aut purulētū aliquid cū ea excernit. Eāq; quidā prōptius recti: quidā reſupinati. maximeq; hi qui grādes calculos habēt: quidā ēt iclinati reddūt: colēq; extēdēdo: doloꝝ leuāt. Grauitatis quoq; cuiuſdā in ea ꝓte ſēſus est: atq; ea curſu omniq; motu augētur. Quidā ēt cū torquēt pedes iter ſe ſubinde mutatis vicibus īplicāt: Fœminæ vero oras naturaliū ſuoꝝ māibus admotis ſcabere crebro cogunt: Nōnūq̄ ſi digitum admouerūt vbi ueſicæ ccruicē is urget calculū ſētiūt. Atq; ſpumātē ſanguinē excreant: his ī pulmone uitiū ē: Mulieri grauidæ ſine mō fuſa aluus elidere ꝓtum pōt. Eidē ſi lac ex māmis ꝓfluit: ibecillū est q̄d intus gerit: Duræ māmæ ſanū illud eē teſtāt. Frequens ſingultus & ꝓter cōſuetudinē cōtinuus: iecur inflāmatū eē ſignificat. Si tumores ſup ulcera ſubito eē deſierunt. idq; a tergo incidit. uel diſtentio neruoꝝ uel rigor timeri pōt. At ſi a priore ꝓte id euenit: uel lateris acutus dolor: uel iſania expectāda ē. Interdū ēt huiuſmodi caſū: quæ tutiſſima inter hæc ē: ꝓfuſio alui ſequit. Si ora uenaꝝ ſanguinē ſolita fūdere ſubito ſupreſſa ſūt: aut aqua inter cutē: aut tabes ſequit. Eadē tabes ſubit

ſi in lateris dolore orta ſuppuratio: intra quadraginta dies purgari nō potuit. At ſi lō ga triſtitia cū lōgo timore & vigilia eſt: atræ bilis morbus ſubeſt. Quibus ſæpe ex na- ribus fluit ſanguis: his aut lienis tumet: aut capitis dolores ſunt: quos ſequitur vt quę dam ante oculos tanq̄ imagines obuerſent. At quibus magni lienes ſunt: his gingiuæ male ſunt: & os olet: aut ſāguis aliqua pte prorumpit. Quoꝝ ſi nihil euēit: neceſſe ē ī cruribus mala vlcera: & ex his nigre cicatrices fiant. Quib⁹ cauſa doloris neq; ſenſus eius ē his mēs labat. Si in vētrē ſanguis cōfluxit ibi ī pus vertit. Si a coxis & ab iferiori bus ptibus dolor ī pectus trāſit: neq; vllū ſignū malū acceſſit ſuppuratiōes eo loco pi culū eſt. Quibus ſine febre aliqua ex pte dolor aut prurigo cū rubore aut calore: ē ibi aliquid ſuppurat. Vrina quoq; q̄ in hoīe ſano parū liquida ē: circa aures futurā aliquā ſuppurationē eē denūciat. Hæc vero cū ſine febre quoq; vel latētium vel futuraꝝ rerū notas habeāt: multo certiora ſūt vbi febris acceſſit: atq; ēt alioꝝ morboꝝ tū ſigna naſ cūtur. Ergo ꝑtinus inſania timēda ē: vbi expeditior alicuius: q̄ ſani fuit ſermo eſt: ſubi taq; loquacitas orta ē: & hæc ipſa ſolito audacior: aut vbi raro quis & vehementer ſpi rat: venaſq; concitatas habet precordijs duris & tumētibus. Oculoꝝ quoq; frequens motus: & ī capitis dolore offuſæ oculis tenebræ: vel nullo dolore ſubſtāte ſomn⁹ erc- ptus: cōtinuataq; nocte & die vigilia: vel ꝑſtratū cōtra cōſuetudinē corpus ī vētrē ſic vt ipſius alui dolor id nō cœperit. Itē robuſto adhuc corpe īſolitus dētiū ſtridor: inſa niæ ſigna ſūt. Si qd ēt abſceſſit anteq̄ ſuppuraret manēte adhuc corpore inſolita febre ſubſedit: piculū affert primū furoris: deinde interitus: Auris quoq; dolor acutus cum febre continua vehemētiq; ſæpe mentē turbat: & ex eo caſu iuniores: interdū intra ſe- ptimū diem moriunt ſeniores tardius. qm̄ neq; æque magnas febres experiunt: neq; æque inſaniūt. ita ſuſtinēt dū his affectus intus verſatur. Suffuſe quoq; ſanguine mu- lieris māme: furorē vēturū eſſe teſtant. Quibus āt longæ febres ſūt: his aut abſceſſus aliqui: aut articuloꝝ dolores erūt. Quoꝝ faucib⁹ in febre elidit ſpiritus: iſtat his ner uorū diſtētio. Si angia ſubito finita ē: ī pulmonē id malū trāſit: idq; ſępe itra ſeptimū diem occidit. Quod niſi icidat: ſequit: vt aliqua pte ſuppuret. Deinde poſt alui longā reſolutionē: tormina. Poſt hæc inteſtinoꝝ leuitas, orit. Poſt nimias diſtillationes: ta- bes. poſt lateris dolores: vitia pulmonū. poſt hæc: inſania. Poſt magnos feruores cor poris: neruoꝝ rigor aut diſtentio. Vbi caput vulneratū eſt: deliriū. Vbi vigilia torſit: neruoꝝ diſtentio. Vbi vehementer venæ ſup vlcera mouent: ſanguinis ꝑfluuiū erit. Suppuratio vero pluribus morbis excitat. Nā ſi lōgæ febres ſine dolore: ſine manife ſta cā remanēt: ī aliquā ptē id malū incūbit: in iunioribus tn̄. nā ī ſeniorib⁹ ex eiuſmo di morbo q̄rtana fere naſcit. Eadē ſuppuratio fit: ſi p̄cordia dura dolētia ante vigeſi- mū diē hoīem nō ſuſtulerūt: neq; ſāguis ex narib⁹ fluxit maxieq; ī adoleſcētibus vtiq; ſi liter principia aut oculoꝝ caligo: aut capitis dolores fuerūt. ſed cū īferioribus ptib⁹ aliquid abſceſſit. Aut ſi præcordia tumorē mollē habēt neq; habere intra ſexaginta di es deſinunt: hæretq; oē id tēpus febris. Sed tū in ſuperioribus ptibus fit abſceſſus: ac ſi inter ipſa vlcera non fuit: circa aures erumpit. Cūq; omnis longus tumor ad ſuppu rationē fere ſpectet: magis eo tendit is: qui in præcordijs: q̄ is: qui infra eſt. Si laſſitu- dinis ēt ſenſus in febre eſt: vel in maxillis: vel in articulis aliquid abſcedit. Interdum quoq; vrina tenuis & cruda ſic diu fert: vt alia ſalutaria ſigna ſint. Ex quo eo caſu ple- runq; infra trāſuerſū ſeptū: quod diaphragma græci uocāt: fit abſceſſus. Dolor āt pul monis ſi neq; p ſputa: neq; p cucurbitulas: neq; p ſanguinis detractionē: neq; p uictus rōnē finit⁹ eſt uomicas aliquas iterdū excitat aut circa uigeſimū diē: aut circa q̄drage

simum nōnūquā etiam circa sexagesimū. numerabimus autē ab eo die: quo primum febricitauit aliquis: aut inhorruit: aut grauitatē eius partis sensit. Sed hæ vomicæ modo a pulmōe: modo a cōtraria parte nascunt. Quod suppurat ab ea parte qnā afficit dolorē inflāmationēque cōcitat ipsum calidus ē: & si i partē sanam aliquis decubuit: onerare eam expondere aliquo videtur. Oīs etiā suppuratio quæ nondū oculis patet sic deprehendi potest. Si febris nō dimittit: eaq; interdiu leuior ē: noctu increscit: multus sudor oritur: cupiditas tussiendi est & pene nihil i tussi excreat: oculi caui sūt: malæ rubent venæ sub lingua inalbescunt: in manibus fiunt adunci vngues: digiti: maxieq; sūmi: pallēt in pedibus tumores sunt: spiritus difficilius trahit: cibi fastidiū ē pustulæ toto corpore oriūt. Quod si ꝑtin9 initio dolor & tussis fuit & spiritus difficultas: vomica vel ante vel circa vigesimū diē erumpet. Si serius ista cœperint: necesse ē quidē increscant. sed quo minus cito affecerint: eo tardius soluentur. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibusq; nigrescere. Quod si non est mors consecuta & reliquum corpus inualuit: pedes tamen decidunt.

¶ Quæ notæ in quoq; morbi genere vel spem vel pericula ostēdāt. Caput septimū.

Equitur vt i quoq; morbi genere ꝑprias notas explicē: quæ vel spē vel piculū ostēdāt: Ex vesica dolēte si purulēta vrina processit: iqueea leue & albū subsedit: metū detrahit. In pulmonis morbo si sputo ipse leuatur dolor quāuis id purulētū est: tñ æger facile spirat: facile excreat: morbū ipsū nō difficulter fert: potest ei secunda valetudo cōtingere. Neq; inter initia terreri cōuenit: si ꝑtinus sputū mixtū est ruffo quodā & sāguine: dūmodo statim edat: Laterū dolores suppuratiōe facta: deinde intra quadragesimū diē purgata finiūt. Si i iocinere vomica ē & ex ea fert pus purū & album: salus ei facilis. Id enim malū in tunica ē. Ex suppurationibus vero hæ tollerabiles sūt: quæ in exteriorē partem ferūtur & acuūtur. Et ex his quæ intus procedūt: hæ leuiores: quæ cōtra se cutē non afficiūt eamq; & sine dolore esse & eiusdem coloris: cuius reliquæ ꝑtes sūt: sinunt esse. pus quoq; quacūq; ꝑte erūpit: si ē leue albū & vnius coloris: sine ullo metu ē: & quo effuso febris ꝑtinus cōquieuit: desierūtq; urgere cibi fastidiū & potionis desideriū: si quādo ēt suppuratio descendit i crura: sputumq; eiusdem factum pro ruffo purulentū est: periculi minus est. At i tabe eius qui salu9 futurus est: sputū esse debet albū æquale totū: eiusdēq; coloris sine pituita: eiq; etiam simile esse oportet si quid in nares a capite destillat. Longe optimū est febrem omnino non esse: secūdū est: tantulū esse: ut neq; cibū impediat: neq; crebram sitim faciat. Aluus i hac ualetudine ea tuta est: quæ quotidie coacta: caq; cōueniētia his q̄ assumūtur reddit. Corp9 id q̄d minime tēue maxieq; lati pectoris atq; setosi ē. cuiusq; cartilago exigua & carnosa ē. Sup tabē si mulieri quoq; supp̄ssa menstrua fuerūt & circa pectus atq; scapulas dolor māsit: subitoq; sāguis erupit: leuari morb9 solet. Nā & tussis minuit & sitis atq; febriculæ desinūt. Sed ijsdē fere nisi redit sāguis: uomica erūpit: q̄ quo cruētior eo melior ē. Aqua āt ītercutē minime terribilis est: q̄ nullo antecedente morbo cœpit. deinde q̄ longo morbo supuenit. Vtiq; si firma uiscera sūt: si spiritus facilis. si nullus dolor. si sine calore corpus est æq̄literq; in extremis ptibus macrum ē: si uenter mollis. si nulla tussis: nulla sitis: si lingua ne psomnū qdē inarescit. si cibi cupiditas ē. si uēter medicamētis mouet. si per se excernit mollia & figurata. si extenuat. si uria & uini mutatiōe & epotis aliqbus medicamētis mutat. Si corp9 sine lassitudine ē & morbū facile sustinet. siqdē i quo oia hęc sūt: is ex toto tutus ē i quo plura ex his sūt: is in bona spe est. Articulorum uero uitia ut podagræ chiragræq; si iuuenes tenta

runt. neq; callū induxerūt: ſolui poſſunt: maximeq; torminibus leniuntur & ex quocū q; modo venter fluit. Itē morbus comitialis ante pubertatē ortus nō ægre finitur: & in quo ab vna pte corporis venientis acceſſiōis ſenſus incipit. optimū eſt a manibus pedi buſue initiū fieri: deinde a lateribus: peſſimū iter hæc a capite. Atq; in his quoq; ea ma xime ꝓſunt: quæ ꝓ deiectiōes excernūt: Ipſa āt deiectio ſine vlla noxa eſt: q̄ ſine febre eſt: ſi celeriter deſinit: ſi cōtracto vētre nullus motus eius ſentit: ſi extremā aluū ſpiri- tus ſequit. Acria tormina quidē piculoſa nō ſunt: ſi ſanguis & ſtrigmēta deſcēdūt: dū febris cæteræq; acceſſiōes huius morbi abſint. adeo vt ēt grauida mulier nō ſolū reſer- uari poſſit: ſed ēt partū reſeruare. Prodeſtq; ī hoc morbo ſi iā ætate aliqs ꝓceſſit. Con tra inteſtinoꝝ leuitas facilius a teneris ætatibus depellitur: vtiq; ſi ferri vrina & ali cibo corpus īcipit. Eadē ætas ꝓdeſt & i coxæ dolore & humeroꝝ & in oī reſolutiōe neruo- rū. Ex quibus coxa ſi ſine torpore ē: ſi leuiter friget: q̄uis magnos dolores habet: tñ & facile & mature ſanat: reſolutūq; mēbrū ſi nihilominus aliter fieri ſanū pōt. oris reſo- lutio ēt aluo cita finit. Oiſq; deiectio lippienti ꝓdeſt. At varix ortus: vel ꝑ ora venarū ſubita ꝓfuſio ſanguinis: vel tormina: inſaniā tollūt. Humeroꝝ dolores: qui ad ſcapu- las uel manus tēdunt: uomitu atræ bilis ſoluunt. Et q̄ſquis dolor deorſū tēdit: ſanabi lior eſt. Singultus ſternutamēto finit: Longas deiectiōes ſupprimit uomitus. mulier ſanguinē uomēs ꝓfuſis mēſtruis liberat. Quæ mēſtruis nō purgat: ſi ſanguinē ex na ribus fudit: oī piculo uacat. Quæ locis laborat: aut difficulter ptū edit: ſternutamēto leuat æſtiua quartana fere breuis ē cui calor & tremor ē: ſaluti deliriū ē. Lienoſis bona tormina ſunt. Deniq; ipſa febris: qd maxīe mirū uideri pōt: ſæpe præſidio eſt. Nā & præcordioꝝ dolores ſi ſine iflāmatiōe ſūt: finit & i iocineris dolore ſuccurrit. & neruo rū diſtētionē rigorēq;: ſi poſtea cœpit: ex toto tollit. & ex difficultate urinæ morbum tenuioris ī teſtini ortū: ſi urinā ꝑ calorē mouet: leuat. At dolores capitis q̄bus oculoꝝ caligo & rubor cū quadā frōtis purigine accedūt: ſāguinis ꝓfuſionē uel fortuita uel ēt petita ſū mouent. Si capitis ac frōtis dolores ex uēto uel frigore aut æſtu ſūt: grauedi- ne & ſternutamētis finiunt. Febrē āt ardētē: quā græci cauſodē uocāt: ſubitus horror exoluit. Si i febre aures obtuſæ ſūt: ſi ſāguis e naribus fluxit: aut uēter reſolutus eſt: il lud malū deſinit ex toto. Nihil plus aduerſus ſurditatē quā bilioſa aluus pōt. Quib9 ī fiſtula uriæ uti minuti abſceſſus: quos thymata græci uocāt: eſſe cœperūt: ijs ubi pus ea ꝑte ꝓfluxit: ſanitas reddit. Ex q̄bus cū pleraq; ꝑ ſe ꝓueniāt: ſcire licet interea quoq; quæ ars adhibet: naturā plurimū poſſe. Cōtra ſi caput febre cōtinēti dolet: neq; q̄cquā reddit: malū atq; mortiferū ē: maxieq; id piculū ē pueris a ſeptīo anno ad quartūdeci- mū. In pulmōis morbo ſi ſputū primis diebus nō fuit: deinde a ſeptīo die cœpit & ul- tra ſeptimū māſit piculoſū ē. Quātoq; magis mixtos neq; iter ſe diductos colores ha bet tāto deterius. Et tñ nihil peius ē q̄ ſincerū id edi: ſiue ruffū ē: ſiue cruētū: ſiue albū: ſiue glutioſū: ſiue pallidū: ſiue ſpumās nigrū tñ peſſimū ē. In eodē morbo periculoſa ſunt tuſſis: deſtillatio: ēt quod alias ſalutare habetur ſternutamentū. Periculoſiſſimū q; eſt ſi hæc ſecuta ſubita deiectio eſt. Fere uero q̄ i pulmōis: eadē i lateris doloribus & mitiora ſigna & aſperiora eſſe cōſuerūt. Ex iocinore ſi pus cruētū exit: mortiferū ē. At ex ſuppurationibus hæ peſſime ſunt: quæ intus tendunt ſic ut exteriorem quoq; cutē decolorent. Ex his deinde: quæ in exteriorem partem ꝓrumpit: quæ maxīe: quæq; pla niſſime ſunt. Quod ſi ne rupta quidē uomica uel putre extrinſecus emiſſo febris quie uit: aut q̄uis q̄euerit: tñ repetit. item ſi ſitis eſt: ſi cibi faſtidiū: ſi uēter liquidus: ſi pus ē liuidū & pallidū: ſi nihil æger excreat: niſi pituitā ſpumātē: piculū certū ē. Atq; ex his q̄dē ſuppuratiōib9 q̄s pulmonū morbi cōcitarūt: fere ſenes moriūt ex cæteris iūiores.

At in tabe ſputum mixtum purulentum: febris aſſidua: quæ & cibi tempora eripit & ſiti affligit in corpore tenui periculū ſubeſſe teſtat. Si quis ēt in eo morbo diutius traxit: vbi capilli fluūt: vbi vrina quædā araneis ſimilia ſubſidentia oſtēdit. atq; i his odor fœdus eſt: maxieq; vbi poſt hæc orta deiectio ē: ꝓtinus morit. Vtiq; ſi tēpus autūni eſt: quo fere qui cætera ꝑte anni traxerūt: reſoluūtur. Itē pus expuiſſe i hoc morbo: deinde ex toto ſpuere deſiſſe: mortiferū eſt. Solēt ēt in adoleſcētibus ex eo morbo vomicæ: fiſtulæq; oriri: quæ nō facile ſaneſcūt: niſi ſi multa ſigna bōæ valetudinis ſubſecuta ſunt. Ex reliquis vero minime facile ſanant virgines: aut hæ mulieres: qbus ſup tabem mēſtrua ſuppreſſa ſunt. Cui vero ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt: dein ſomnus oppreſſit ſic vt ſtertat: neq; expergiſcat: intra ſemptimū diē pereūdum eſt: magis ſi eum aluus cita nō anteceſſerit. Si palpebræ dormiētis nō coeūt. ſi album oculoꝝ apparet. Quos tñ ita mors ſequit: ſi id malū nō eſt febre diſcuſſum. At aqua iter cutē ſi exacuto morbo cœpit: ad ſanitatē raro ꝓducit. vtiq; ſi cōtraria his quæ ſupra poſita ſunt ſubſequūtur. æque in ea quoq; tuſſis ſpē tollit. Itē ſi ſanguis ſurſum deorſumq; erupit: & aqua mediū corpus ipleuit. Quibuſdā ēt i hoc morbo tumores oriūt: deinde deſinūt deinde rurſus aſſurgūt. Hi quidē tutiores ſunt: quā qui ſupra cōprehēſi ſunt: ſi attēdūtur. Sed fere fiducia ſecundæ valetudinis opprimunt: Illud iure aliqs mirabitur: quō quædā ſimul & affligunt noſtra corpora & ꝑte aliqua tueant. Nā ſiue aqua inter cutē quē ipleuit: ſiue in magno abſceſſu multum puris coijt: ſimul id omne effudiſſe æque mortiferū eſt: ac ſi quis ſani corporis vulnere factus exāguis eſt. Articuli vero q ſic dolēt vt ſup eos ex callo quædā tubercula innata ſunt: nūq̄ liberant. quæq; eoꝝ vitia vel i ſenectute cœperūt: vel in ſenectutē ab adoleſcētia puenerūt: vt aliqn leniri poſſunt: ſic nūquā ex toto finiunt. Morbus quoque comitialis poſt annū quintū & vigeſimū ortus ægre curat: multoq; ægrius his q poſt q̄drageſimū annū cœpit: adeo vt in ea ætate aliqd i natura ſpei vix qcquā in medicina ſit. In eodē morbo ſi ſimul totū corpus afficit: neq; ante in ꝑtibus aliqs veniētis mali ſenſus eſt: ſed homo ex iprouiſo concidit. cuiuſcūq; is ætatis eſt vix ſaneſcit. Si vero aut mēs læſa eſt: aut neruoꝝ facta reſolutio: medicinæ locus nō eſt. Deiectionibus quoque ſi febris acceſſit: ſi inflāmatio iocineris: aut præcordioꝝ: aut vētris: ſi immodica ſitis: ſi lōgius tēpus: ſi aluus varia: ſi cū dolore eſt: ēt mortis periculū ſubeſt: maxieq; ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperūt: Iſq; morbus maxie pueros abſumit vſq; ad annū decimū. Cæteræ ætates facilius ſuſtinēt. Mulier quoque grauida eiuſmodi caſu rapi pōt: atq; ēt ſi ipſa conualuit: partum tñ ꝑdit. Quin ēt tormina ab atra bile orta mortifera ſunt. aut ſi ſub his extenuato iam corpore ſubito nigra aluus profluxit: aut inteſtinoꝝ leuitas: Periculoſior eſt: ſi frequens deiectio eſt. Si venter oībus horis & cum ſomno & ſine hoc ꝑfluit. Si ſimiliter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum eſt: aut nigrum: & præter id etiam leue & mali odoris ſit: ſi ſitis vrget. ſi poſt potionē vrina non redditur. quod euenit quia tunc liquor omnis non in veſicam: ſed i inteſtina deſcendit. ſi os exulcerat. ſi rubet facies & quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur. ſi venter eſt quaſi fermentatus: pinguis atq; rugoſus: ſi & cibi cupiditas non eſt. Inter quæ cum euidēs mors ſit multo euidentior eſt: ſi iam longum quoque id vitium eſt: maxime etiam ſi in corpore ſenili eſt. ſi vero in tenuiore inteſtino morbus eſt: uomitus: ſingultus: neruorum diſtentio: delirium mala ſunt. At in morbo arquato durum fieri iecur pernitioſiſſimum eſt. Quos lienis male habet ſi tormina prehenderunt: deinde inuerſa ſunt: uel in aquam inter cutem: uel in inteſtinorum leuitatem: uix ulla medicina pericu-

lo ſubtrahit. Morbus inteſtini tenuuioris: niſi reſolutus eſt: intra ſeptimum diem occi
dit. Mulier ex partu ſi cum febre vementibus ēt & aſſiduis capitis doloribus premit̄:
in periculo mortis ē. ſi dolor atq; inflammatio ē in his partibus: quibus viſcera conti-
nent̄: frequenter ſpirare ſignum malum ē. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt: & in
ceruices ac ſcapulas tranſit: rurſuſq; in caput reuertit̄: aut a capite ad ceruices ſcapulaſ
q; peruenit: pernitioſus ē: niſi vomicam aliquam excitauit ſic: vt pus extuſſiret̄. aut ni-
ſi ſanguis ex aliqua parte ꝓrupit: aut niſi in capite multa prurigo: totoue corpore pu-
ſtulæ ortæ ſunt. Atq; magnum malum ē vbi torpor atq; ꝓ rurigo peruagantur mō per
totum caput mō in parte: aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt: eaq; ad ſummā quo
q; linguam perueniunt. Et cū in hiſdem abſceſſibus auxilium ſit: eo difficilior ſanitas
eſt: quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequunt̄. In coxæ vero doloribus ſi vchemēs
torpor ē: frigeſcitq; crus & coxa: aluus niſi coacta non reddit: idq; quod excernit̄ mu
coſum ē: iamq; ætas eius hominis quadrageſimum annū exceſſit: is morbus erit lon-
giſſimus: minimeq; annuus: neq; finiri poterit: niſi aut vere autumno. Difficilis æque
curatio ē in eadem ætate vbi humeroꝝ dolor: vel ad manus peruenit: vel ad ſcapulas tē
dit: torporemq; & dolorem creat: neq; bilis vomitu leuat̄. Quæcunq; vero parte cor-
poris membrū aliquod reſolutum ē: ſi neq; mouet̄ & emacreſcit: in priſtinū habitum
non reuertit̄: eoq; minus quo vetuſtius id vitium ē: & quo magis in corpore ſenili eſt.
Oiq; reſolutiōi neruoꝝ ad medicinā nō idonea tpa ſunt: hyems & autūnus. aliqd ſepa
ratim poſt vere & æſtate. Iſq; morbus mediocris vix ſanat̄. vehemēs ſanari nō pōt. Oīs
etiam dolor minus medicinæ patet: qui ſurſum ꝓcedit. Mulieri grauidę: ſi ſubito mā
mæ emacruerūt: abortus periculum ē. Quæ neq; peperit: neq; grauida eſt ſi lac habet
a menſtruis defecta eſt. Quartana æſtiua breuis: autemnalis fere longa eſt maximeq;
quæ cœpit hyeme appropinquante. ſi ſanguis ꝓfluxit. deinde ſecuta eſt demētia cum
diſtentione neruoꝝ: piculū mortis eſt. Itemq; ſi medicamentis purgatū & adhuc ina-
nem neruorū diſtentio oppreſſit: aut ſi in magno dolore extremæ ꝑtes frigent. Neq; hic eſt anglv.
is ad vitā redit: qui ex ſuſpendio ſpumāte ore detractus eſt. Aluus nigra ſanguini atro hic · 43. 2 ſecti
ſimilis repentina ſiue cū febre ſiue etiam ſine hac eſt: pernicioſa eſt.

¶ De morborum curationibus. Caput octauum.

c Ognitis inditijs: quæ nos vel ſpe cōſulentur: vel metu terreant: ad curationes
morboꝝ tranſeundū eſt. Ex his quædā cōmunes ſunt: quædam proprie. com
munes: quæ pluribus morbis opitulant̄. Propriæ: quæ ſingulis. Ante de cō-
munibus dicam. Ex quibus tñ quædam nō ægros ſolū: ſed ſanos quoq; ſuſtinent. quæ
dam in aduerſa tñ valetudine adhibentur. Omne uero auxilium corporis: aut demit
aliquam materiam: aut adijcit: aut euocat: aut reprimit: aut refrigerat aut calefacit: ſi
mulq; aut durat aut mollit. Quædam non vno modo tantum: ſed etiam duobus iter
ſe non contrarijs adiuuant. Demitur materia: ſanguinis detractione: cucurbitula: de-
iectione: uomitu: frictione: geſtatione: omniq; exercitatione: corporis abſtinentia: ſu
dore. De quibus protinus dicam.

¶ De ſanguinis detractione per venas. Caput. viiij.

S Anguinem inciſa uena mitti nouum non eſt. Sed nullum pene morbum eſſe
in quo non mittatur: nouum eſt. Item mitti iunioribus & fœminis uterū non
gerentibus: uetus eſt. In pueris uero idem experiri & in ſenioribus & in graui-
dis quoq; mulieribus: uetus non eſt. ſi quidem antiqui primam ultimamq; ætatem ſu
ſtinere nō poſſe hoc auxilij genus iudicabāt: perſuaſerantq; ſibi mulierem grauidam:

nō. hoc tꝝ capitꝝ

quæ ita curata esset: abortum esse facturam. Postea vero vsus ostendit nihil ex his esse perpetuum aliasq; potiones obseruationes adhibendas esse: ad quas dirigi curantis cõsilium debeat. Interest. n. non quæ ætas sit: neq; quid in corpore intus gerat: sed quæ vires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est: aut si mulier: quæ grauida non est: parum valet male sanguis emittitur. Emoritur. n. uis si quæ supererat hoc modo erepta est. At firmus puer & robustus senex & grauida mulier valens: tuto curant. Maxime tamen ĩ his medicus imperitus falli põt: quia fere minus roboris illis ætatibus subest. Mulieriq; prægnãti post curationẽ quoq; viribus opus est nõ tm̃ ad se sed ẽt ad partum sustinendum. Nõ quicq̃ ãt intentionẽ animi aut prudentiã exigit: protinus faciendũ est: cũ præcipua in hoc ars sit: quæ nõ annos numeret: neq; conceptionẽ solã videat: sed vires æstimet: & ex eo colligat: possit nec ne supersse quod vel puerũ: vel senẽ: vel invna muliere q̃d duo corpora simul sustineat. Interest. n. inter valens corpus & obesum: iter tenue & infirmũ. Tenuioribus magis sanguis: plenioribus magis caro abũdat. Facilius itaq; illi detractionẽ eiusmodi sustinent: celeriusq; ea si nimiũ est pinguis: affligit. Ideoq; vis corporis melius ex venis quã ex ipsa specie æstimat. Neq;. n. solũ hæc considerãda sunt sed ẽt morbi genus quod sit. Vtrũ superãs: an deficiens materia læserit. Corruptũ corpus sit an integrũ. Nã si materia vel deest: vel integra est: istud alienũ est. At si vel copia sui male habet: vel corrupta est: nullo modo melius succurritur. Ergo vehemens febris vbi rubet corpus: plenæq; venæ tumẽt: sanguinis detractionẽ requirit. Itẽ viscerũ: morbi: neruorumq; resolutio & rigor & distẽtio: quicquid deniq; fauces difficultate spiritus strãgulat. quicquid subito supprimit vocẽ. quisq; intolerabilis dolor est: & quacũq; de causa ruptũ aliquid intus atq; collisum est. Itẽ malus corporis habitus: omnesq; acuti morbi: qui modo vt supra dixi nõ infirmitate sed onere nocẽt. Fieri tm̃ põt: vt morbus quidem id desideret: corpus autem uix pati posse uideat. Sed sinulũ tm̃ apparet aliud auxiliũ: periturusq; sit qui laborat nisi temeraria quoq; uia fuerit adiutus: in hoc statu: boni medici est ostẽdere: quã nulla spes sine sanguinis detractione sit: fateriq; quãtus in hac ipsa re metus sit. Et tũ demũ si exigetur: sanguinẽ mittere. De quo dubitari ĩ eiusmodi re nõ oportet; Satius ẽ. n. anceps auxiliũ experiri. quã nullũ, Idq; maxĩe fieri debet ubi nerui resoluti sunt. Vbi subito aliqs obmutuit. Vbi angina strangulat. Vbi prioris febris accessio pene cõfecit: parẽq; subsequi uerisimile est: neq; eandẽ uident sustinere ægri uires posse. Cũ sit ãt minime crudo sanguis mittẽdus tm̃ ne id quidẽ perpetuũ ẽ. Neq;. n. semp cõcoctionẽ res expectat. Ergo si ex superiore parte aliqs decidit. si cõtusus ẽ. si ex aliquo subito casu sanguinẽ uomit: q̃uis paulo ante sũpsit cibũ: tm̃ ptinus ei demenda materia est: ne si subsederit: corpus affligit. Idẽq; ẽt in alijs casibus repẽtinis qui strãgulabũt: dictũ erit. At si morbi ratio patiet: tũ demum nulla cruditatis suspectiõe remanẽte id fiet. Ideoq; ei rei uidet aptissimus aduersæ ualetudinis dies secũdus aut tertius. Sed ut aliq̃n ẽt primo die sanguinẽ mittere necesse ẽ sic nũq̃ utile post diẽ quartũ est: cũ iã spacio ipso materia & exhausta est & corpus corrũpit: ut detractio ibecillũ id facere possit: nõ possit integrũ. Quod si uehemẽs febris urget: ĩ ipso ĩpetu eius sanguinẽ mittere: hoiem iugulare est. Expectãda ergo remissio est. si nõ decrescit: sed crescere desijt: neq; sperat remissio: tũc quoq; quãuis peior: sola tm̃ occassio nõ omittẽda est. Fere ẽt ista medicina ubi necessaria est: in biduũ diuidenda est: Satius est. n. imprimis leuare ægrũ: deinde perpurgare: quã simul omni ui effusa fortasse præcipitare. Quod si in cura quoq; aquæ: quæ ĩter cutẽ est ita respõdet: quãto magis necesse est ĩ sanguine respõdeat? Mitti uero is debet si totius corporis causa fit:

credo legendo potiores //

ex brachio. si partis alicuius. ex ea ipsa parte: aut certe quam proxima. quia non vbiq; mitti pōt sed in temporibus in brachijs: iuxta talos. Neq; ignoro quosdam dicere quā longissime sanguinem inde: vbi lædit: esse mittēdū. Sic. n. auerti materiæ cursum: at illo modo ī id ipsum quod grauat euocari. Sed id ipsum falsum est. Proximū. n. locum primo exaruit. Ex vlterioribus āt eatenus sanguis sequitur: quatenus emittitur vbi is suppressus est: quia non trahitur: ne venit quidē. Videt' tñ vsus ipse docuisse: si caput fractū est: ex brachio potius sanguinem mittendū esse. Si quod in humero vicium est ex altero brachio: credo quia si quid parū cesserit: opportuniores hæ ptes iniuriæ sunt quæ iā male habent. Auertitur quoq; interdum sanguis: vbi alia parte ꝓrumpēs. alia emittitur. Desinit. n. fluere qua volumus: inde obiectis quæ prohibeāt: alio dato itinere. Mittere āt sanguinē cum sit expeditissimū: vsum habenti: tum ignaro difficillimū est. Iuncta enim est vena arterijs. his nerui. Ita si neruum scalpellus attigit: sequit' neruorum distentio: ea quæ hoiem crudeliter consumit. At arteria incisa neq; coit: neq; sanescit: interdum ēt vt sanguis vehementer erumpat: efficit. Ipsius quoq; venæ: si forte præcisa est: capita comprimūtur: neq; sanguinem emittunt. At si timide scalpellus demittitur: summā cutē lacerat: neq; venā incidit. Non nunq̄ etiam ea latet: neq; facile reperitur. Ita multæ res id difficile inscio faciunt. quod perito facillimum est. Incidenda ad medium vena est: ex qua cum sanguis erumpit: colorem eius habitumq; oportet attendere. Nam si his crassus & niger est: vitiosus est: Ideoq; vtiliter effunditur. Si rubet & pellucet: integer est. Eaq; missio sanguinis adeo non prodest: vt ēt noceat protinusq; is supprimendus est. Sed id euenire nō pōt sub eo medico: qui scit ex quali corpore sanguis mittēdus sit. Illud magis fieri solet: vt æque niger assidue ac primo die profluat. Quod quāuis ita est: tñ si iā satis fluxit: supprimēdus est. Semperq; ante finis faciendus est: q̄ aīa deficiat. Deligādūq; brachiū sup impositō expresso ex aqua frigida penicillo: & postero die aduerso medio digito vena ferienda: vt recens coitus eius resoluat' iterūq; sanguinē fundat. Siue āt primo: siue secūdo die sanguis: qui crassus & niger initio fluxerat & rubere & pellucere cœpit: satis materiæ detractū est: atq; quod supersit sincerum est. Ideoq; protinus brachium deligandum: habendumq; ita est: donec valens cicatricula sit. quæ celerime in vena confirmatur.

¶ De sanguinis detractione per cucurbitulas. Caput. x.

Vcurbitularū vero duo genera sunt: æneū & corneū. Aenea altera patet: altera clausa ē. Cornea altera pte æque patēs: altera foramē habet exiguū. In æneā cera linamētū ardēs conijcit' : ac sic os eius corpori aptat' : ī primiturq; : donec inhæreat. Cornea p se corpori iponit' deinde vbi ea pte qua exiguū foramē ē: ore spiritus adductus ē: superq; cæra cauū id clausū ē: æque ihæresc it. Vtraq; nō ex his tm̄ materiæ generibus: sed ēt ex quolibet alio recte fit. At si cætera defecerunt caliculus quoq; aut pultarius oris cōpressioris: ei rei cōmode aptat'. Vbi ihæsit: si cōcisa ante scalpello cutis ē sanguinē extrahit. si integra ē: spiritū. Ergo vbi materia quæ itus est: lædit illo mō. Vbi inflatio: hoc ponī solet. Vsus āt cucurbitulæ præcipuus ē: vbi nō ī toto corpe sed ī parte aliqua vitiū est. quam exhauriri ad cōfirmādā valetudinē satis est. Idq; ipsū testimoniū est ēt scalpello sanguinē vbi mēbro succurrit' ab ea potissimū pte: quæ iā læsa ē esse mittendū: q̄d nemo cucurbitulā diuersæ parti iponit: nisi cū profusionē sanguinis eo auertit: sed ei ipsi quæ dolet quæq; liberāda ē. Opus ēt cucurbitula pōt i morbis lōgis q̄uis ēt spaciū aliq̄d accessit: siue corrupta materia: siue spiritu male habēte. In acutis quoq; q̄busdā si & leuari corpus debet: & ex vēa sāguinē mitti vires ñ patiūt'. Idq; auxi

liū vt minus vehemens ita magis tutū. Neq; vnq̄ periculosum est ēt si in medio febris impetu ēt si in cruditate adhibetur. Ideoq; vbi sanguinem mitti opus est: si incisa vena. præceps periculum est: aut si in parte corporis ēt vitium est: huc potius cōfugiendum est. Cum eo tamē vt sciamus: hic vt nullum periculum: ita leuius præsidium esse: nec posse vehementi malo: nisi æque vehemens auxilium succurrere.

¶ De deictione. Caput. xi.

d Eiectionē āt antiquis varijs medicamētis: crebraq; alui ductione in omnibus fere morbis moliebantur: dabantq; aut nigrum veratrum: aut filiculam: aut squamā æris: quā lepidochalcon græci vocant: aut lactucæ marinæ lac: cuius gutta pani adiecta abunde purgat. aut lac vel asininum vel bubulū vel caprinū: eiq; salis paulū adijciebant: decoquebantq; id: & sublatis his: quæ coierant: quod quasi serū supererat: bibere cogebant. Sed medicamenta stomachū fere lædunt. Ideoq; oibus cathartics aloe miscenda est. Aluus si vehementius fluit: aut sæpius ducit: hoiem infirmat. Ergo nunq̄ in aduersa valetudine medicamentū eius rei cā recte datur: nisi vbi is morbus sine febre est. Vt cū veratrū nigrū: aut atra bile vexatis: aut cū tristitia īsanientib9: aut his quoꝝ nerui parte aliq̄ resoluti sunt: dat. At vbi febres sūt: satius ē eius rei cā cibos potionesq; assumere: qui simul & alant & ventrem molliant. Suntq; valetudinis genera: quibus ex lacte purgatio cōuenit. Plerunq; vero aluus potius ducēda ē q̄d ab Asclepiade quoq; sic tēperatū: vt tn̄ seruatū sit. uideo plerūq; sæculo nostro præteriti. Est āt ea moderatio: quam is secutus videt: aptissima: ut neq; sæpe ea medicina tētetur: & tn̄ semel sumptū uel bis: non omittatur. Si caput graue est. si oculi caligant. si morbus maioris intestini est: quod græci colū nominat. si in imo uētre: aut in coxa dolores sunt. si in stomachū quædā bilios cōcurrūt: uel ēt pituita eo se: humorue aliquis aquæ similis cōfert. si spiritus difficilius redd. si nihil p̄ se uēter excernit: utiq; si juxta quoq; stercus est & intus remanet. aut si stercoris odorē nihil deijciens æger ex spiritu suo sentit: aut si corruptū est quod excern. aut si prima inedia febrē non sustulit. aut si sanguinē mitti: cū opus sit: uires nō patiuntur: tēpusue eius rei præterijt. aut si multū ante morbū aliquis portauit. aut si is qui sæpe uel spōte uel casu purgatus ē: subito habet aluū suppressam. Seruanda uero illa sunt: ne ante diē tertium duca. ne ulla crudi tate substātē. ne in corpore infirmo: diuq; in aduersa ualetudine exhausto: neue in eo: cui satis aluus reddit quotidie quiue eā liquidā habebit. ne in ipso accessiōis īpetu. quia quod tū infusum est: aluo cōtinet: regestūq; in caput multo grauius periculū efficit. Pridie uero abstineri debet æger: ut aptus tali curatiōi sit. Eodē die ante aliquot horas aquā calidā bibere: ut superiores eius ptes madescāt. tū ciēda aluus ē: si leui medicina cōtenti sumus: pura aqua: si paulo ualētiori: mulsa: si leni ex aqua in aqua fœnū græcū uel ptisana uel malua decocta sit. Si reprimēdi cā: ex uerbēis. acris āt est marina aqua uel alia sale adicto: atq; utraq; decocta cōmodior est. Acrior fit adiecto uel oleo uel nitro uel melle quoq;. Si acrior ē: eo plus extrahit: sed minus facile sustinet. Id q̄d īfundit: neq; frigidū esse oportet: neq; calidū: ne alterutro modo lædat. Cū infusū ē: quantū fieri pōt cōtinere se ī lectulo debet æger: ne primæ cupiditati deiectiōis ꝑtinus cedere. Vbi necesse est tū demū desidere. Fereq; eo mō dēpta materia superioribus ptib9 leuatis morbū ipsū mollit. Cū uero quoties res coegit desidēdo aliquis se exhausit: paulisper debet cōqescere: & ne uires deficiāt: utiq; eo die cibū assūere. q plēior an exiguus sit dādus: ex ratiōe eius accessiōis: q̄ expectabit: aut ī metu nō erit æstimari oportebit.

¶ De uomitu. Caput. xij.

T vomitus vt in secunda quoq; valetudine sæpe necessarius biliosis est: sic ēt in
a his morbis: quos bilis concitauit. Ergo oibus: qui ante febres horrore & tremo-
re vexantur: omnibus: qui colera laborant: omnibus etiam cum quadam hi-
laritate insanientibus: & comitiali quoq; morbo oppressis: necessarius ē. Sed si acutus
morbus est: sicut i colera si febris ē: vt inter horrores: asperioribus medicamētis opus
non est. sicut in deiectionibus quoq; supra dictū est: satisq; est ea vomitus causa sumi:
quæ sanis quoq; sumēda esse proposui. At vbi longi valētesq; morbi sine febre sunt: vt
comitialis aut insania: veratro quoq; albo vtendū est: Id neq; hyeme neq; æstate recte
datur: optime vere: tolerabiliter autumno. Quisquis daturus erit: id agere ante debet
vt accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet. oē eiusmodi medicamētū q̄d̄ po
tui datur: nō semp ægris ꝓdesse: sēper sanis nocere. ¶ De frictione. Caput. xiij.

E frictiōe vero & gestatiōe adeo multa Asclepiades tāq̄ iuētor eius posuit: q̄d̄
d i eo volumine quod cōmuniū auxiliorꝝ scripsit: cū triū tm̄ faceret mētionē: hu-
ius & equi & gestatiōis: tn̄ maximā partē i hoc cōsumpserit. Oportet āt neq; re
cētiores viros i his fraudare: quæ vel reppererūt: vel recte secuti sūt. & tn̄ ea: quæ apud
antiquiores aliquos posita sunt: auctoribus suis reddere. Neq; dubitari pōt q̄n latius
q̄dē & dilucidius vbi & quomodo frictiōe utēdū esset Asclepiades præceperit: nihil tn̄
reppererit: quod nō a uetustissimo auctore Hippocrate paucis uerbis cōprehēsum sit
q̄ dixit. frictiōe si uehemēs sit: durari corpus: si lēis molliri: si multa: minui: si modica
ꝑpleri. Sequit̄ ergo ut tū utēdū sit: cū aut astringēdū corpus sit q̄d̄ fluēs ē. aut molliē-
dū q̄d̄ īduruit. aut digerēdū i eo q̄d̄ copia nocet. aut alēdū id q̄ tēue & īfirmū ē. Quas
tn̄ species si qs curiosius æstimet q̄d̄ iā ad medicū nō ptinet: facile itelliget oēs ex una
cā pēdere q̄ demit. Nā & astringit̄ aliq̄d eo dēpto: q̄d̄ iterpositū ut id laxaretur: effece
rat. & mollit̄ eo detracto: q̄d̄ duriciē creabat & iplet̄ nō ipsa frictiōe: sed eo cibo: q̄ po
stea usq; ad cutē digestiōe quadā relaxatā penetrat. Diuersarū uero rerū i mō cā est. In
ter unctionē āt & frictionē multū itereſt. Vngi. n. leniterq; ꝓtractari corpus ēt in acu
tis & recētibus morbis oportet: i remissiōe tn̄ & ante cibū. Lōga uero frictiōe uti neq;
i acutis morbis neq; icrescētibus cōuēit: præter q̄ cū phreneticis sōnus ea req̄rit. A mat
āt hoc auxiliū ualetudo lōga & iā a prio ipetu iclinata. Neq; ignoro quosdā dicere oē
auxiliū necessariū esse icrescētibus morbis: nō cū iā ꝑ se finiū t̄. Quod non ita se habet.
Pōt. n. morbus ēt q̄ ꝑ se finē habiturus ē: citius tn̄ adhibito auxilio tolli. q̄d̄ duabus de
causis necessariū ē: ut & q̄ primū bōa ualetudo cōtingat & ne morbus q̄ remāet iterū q̄
uis leui de cā exasperet̄. Pōt. n. morbus minus grauis esse q̄ fuerit: neq; iō tn̄ solui: sed
reliquijs qbusdā ihærere: q̄s admotū aliquod auxiliū discutit. Sed ut leuata quoq; ad
uersa ualetudie recte frictio adhibet̄: sic nūq̄ adhibēda ē febre icrescēte. Verū si fieri po
terit cū ex toto corpus ea uacabit: minus certe cū ea remiserit. Eodē āt mō i tutis corpo
rib9 esse debet: ut cū ifirmus aliq̄s iplēdus mō ē i ꝑtibus: aut q̄a ipius eius mēbri ibecil
litas id req̄rit: aut q̄a alterius. Nā & capitis lōgos dolores ipsius frictio leuat. Nō ipe-
tu tn̄ doloris & mēbrū aliq̄d̄ resolutū ipsius frictiōe cōfirmat̄. Lōge tn̄ sæpius aliud ꝑ
fricādū ē cū aliud dolet: maxieq; cū a sūmis aut a medijs ꝑtib9 corpis euocare materiā
uolumus: iōq; extremas ꝑtes ꝑfricamus. Neq; audiēdi sunt: q̄ nūero finiūt quoties ali
q̄s ꝑfricādus sit. Id. n. ex uirib9 hois colligēdū ē. Et si is ꝑnfirm9 ē: pōt satis eē q̄nq̄gies
si robustior: pōt ducētis esse faciēdū. Inter utrūq; deide ꝑ ut uires sūt. Quo fit ut ēt mi
nus sæpe i muliere q̄ i uiro: minus sæpe i puero uel sene: q̄ i iuuene manus dimouēdæ
sint. Deniq; si certa mēbra ꝑfricāt̄ multa ualētiq; frictiōe opus ē. Nā neq; totū corpus

infirmari cito per partem poteſt: & opus eſt quam plurimum materiæ digeri: ſiue id ipſum membꝝ ſiue per id aliud leuamus. At vbi totius corporis ibecillitas hanc curationē per totū id exigit: breuior eſſe debet & lenior: vt tantūmodo ſūmam cutē emolliat: quo facilius capax ex recenti cibo nouæ materiæ fiat. In malis iam ægrum eſſe teſtatur: vbi exterior pars corporis friget: interior cū ſiti calet: vt ſupra poſui. Sed tunc quoqꝫ vnicū in frictione preſidiū eſt. quæ ſi calorē in cutem euocauit: poteſt alicui medicinæ locum facere. ¶De geſtatione. Caput. xiiij.

Eſtatio quoqꝫ lōgis ēt & inclinatis morbis aptiſſima ē. vtiliſqꝫ & eſt his corpo-
g ribus: quæ iā ex toto febre carent: ſed adhuc exerceri per ſe nō poſſunt: & his q̄
bus lentæ morborum reliquiæ remanent: neqꝫ aliter eliduntur. Aſclepiades ēt in recenti vehemētiqꝫ febre p̄cipueqꝫ ardente ad diſcutiendā eā geſtatione dixit vtendū eſſe. Sed id periculoſe fit: meliuſqꝫ quiete eiuſmodi impetus ſuſtinet̄. Si quis tñ experiri volet: ſic experiatur. ſi lingua nō erit aſpera: ſi nullus tumor: nulla duricies: nullus dolor viſceribus aut capiti: aut p̄cordis ſuberit. Et ex toto nunq̄ geſtari corpus dolens debet: ſiue id in toto: ſiue in parte ē: niſi tñ ſolis neruis dolētibus. neqꝫ vnq̄ ī recēti febre: ſed in remiſſione eius. Genera āt geſtationis plura ſūt adhibēda: q̄ ſunt & p̄ viribus cuiuſqꝫ & pro opibus: ne aut īmbecillū hominē nimis digerāt: aut humili obſint: Geſtationū leniſſima ē naui vel in portu vel in flumine vehemētior in alto mari naui vel lectica aut ſcanno: acrior vehiculo. Atqꝫ hæc ipſa & intendi & leniri poſſunt: ſi nihil horꝫ eſt: ſuſpēdi lectus debet & moueri. ſi ne id quidē eſt: at certe vni pedi lecti funiculus ſubijciendus eſt: atqꝫ ita lectus huc & illuc manu impellēdus. Et leuia quidē genera exercitationis: īfirmiſſimis cōueniūt. Valētiora vero his qui grauiū morborū initia ſic ſētiunt: vt adhuc febre vacēt. Quod & in tabe & in ſtomachi vitijs & cū aqua cutē ſubijt & interdū ī morbo regio fit: Aut vbi q̄dā morbi: qualis comitialis: qualis inſania ē ſine febre: q̄uis diu manēt. In q̄bus affectib9 ea quoqꝫ genera exercitationū neceſſaria ſunt: q̄ comprehendimus eo loco: quo quemadmodum ſani neqꝫ ī firmi homines ſe gererent: precepimus. ¶De abſtinentia. Caput. xv.

Bſtinētiæ vero duo genera ſūt: Alterꝫ vbi nihil aſſumit æger: Alterꝫ vbi nō niſi
a q̄d oportet. Initia morborū primū famem ſitimqꝫ deſiderāt: ipſi deinde morbi: moderationē: vt neqꝫ aliud quā expedit: neqꝫ eius ipſius nimiū ſumatur. Neqꝫ enim cōuenit iuxta inediā ꝓtinus ſacietatē eſſe. Quod ſi ſanis quoqꝫ corporibus inutile eſt: vbi aliqua neceſſitas famem fecit quanto inutilius eſt in corpore ēt ægro? Neqꝫ vlla res magis adiuuat laborantem: q̄ tēpeſtiua abſtinentia. Intēperātes hoīes apud nos ipſi cibi tempora curantibus dant. Rurſus alij tēpora medicis pro dono remittūt ſibi ipſis modum vēdicant: Liberaliter agere ſe credunt qui cætera illorꝫ arbitrio relinquūt: in genere cibi liberi ſunt: quaſi quæratur quid medico liceat: non quid ægro ſalutare ſit. Cui vehementer nocet: quoties in eius quod aſſumitur vel tempore vel modo vel genere peccatur. ¶De ſudore. Caput. xvi.

Vdor ēt duobus modis elicitur: aut ſicco calore: aut balneo. Siccus calor eſt
l & harenæ calidæ & laconici & clibani & quarūdā naturaliū ſudatiōes. ubi e terra profuſus calidus uapor ædificio īcludit̄: ſicut ſup baias ī myrtetis habem9.
Præter hæc ſole quoqꝫ & exercitatione is mouet̄. Vtiliaqꝫ hæc genera ſunt qnoties humor intus nocet: iſqꝫ digerēdus ē. Ac neruorꝫ quoqꝫ q̄dā uitia ſic optime curantur: ſed cætera infirmis poſſūt cōuenire. ſolet exercitatio tm̄ robuſtiorib9 qui tñ ſine febre: uel initio morbi uel ēt grauibus morbis tenēt̄. Cauēdū āt eſt nequid horꝫ uel in febre uel i

eruditate tentet. At balnei duplex vſus eſt. Nam mō diſcuſſis febribus initiū cibi plenioris viniq; firmioris valetudini facit: mō febrē ipſā tollit. fereq; adhibet vbi ſūmā cutē relaxari euocariq; corruptū humorē & habitū corpis mutari expedit. Antiq timidius eo vtebant. Aſclepiades audacius. Neq; terrere āt ea res: ſi tēpeſtiua ē: debet. & ante tempus nocet. Quiſquis febre liberatus eſt: ſimul atq; ea vno die nō arceſſit: eo qui proximus eſt poſt tēpus acceſſionis: tuto lauari poteſt. At ſi circuitū habere ea febris ſolita eſt: ſic vt tertio quartoue die reuertatur: quandocūq; non acceſſit: balneum tutū eſt. Manētibus vero adhuc febribus: ſi hæ ſunt lētæ: lieneſq; iamdiu male habent: recte medicina iſta tētat. Cū eo tñ ne præcordia dura ſint: neue ea tumeāt: neue ligua aſpera ſit: neue aut in medio corpe: aut in capite dolor vllus ſit: neue tū febris īcreſcat. At in his quidem febribus: quæ certum circuitum habent: duo balnei tempora ſunt. alterū ante horrorem: alterum febre finita. In his vero: qui lentis febriculis diu detinētur. cum aut ex toto receſſit acceſſio: aut ſi id nō ſolet certe lenita eſt: iamq; corpus tā integrum eſt: quam maxime eſſe in eo genere valetudinis ſolet: imbecillus homo iturus in balneū vitare debet: ne ante frigus aliquod experiat. Vbi in balneum venit: paulīſper reſiſtere: expeririq; num tempora aſtringantur & an ſudor aliquis oriatur. Illud ſi incidit: hoc non ſecutū eſt: inutile eo die balneum eſt: perungendus eſt is lēiter & auferendus eſt: vitandumq; omni mō frigus: & abſtinentia vtendum. At ſi temporibus integris: primum ibi: deinde alibi ſudor incipit: fouendum os aqua calida: tum in ſolido deſidendum eſt: atq; ibi quoq; videndum: num ſub primo contractu aquæ calidæ ſumma cutis inhorreſcat. quod vix tamen fieri poteſt: ſi priora recte acceſſerunt. Certum id autem ſignum inutilis balnei eſt. Ante vero: an poſtea quā in aquam calidam ſe demittat aliquis perungi debeat: ex ratione valetudinis ſuæ cognoſcat. Fere. tñ niſi vbi nominatim: vt poſtea fiat id præcipietur: moto ſudore leuiter corpus perungē dū: deinde in aquam calidam demittendum eſt. Atq; hic id quoq; habenda virium ratio eſt. Neq; cōmittendum vt per æſtum anima deficiat: ſed maturius is auferendus: curioſeq; in veſtimentis inuoluendus ē. vt neq; ad eum frigus aſpiret: & ibi quoq; ante q̄ aliquid aſſumat: inſudet. Fomenta quoq; calida ſunt: milium: ſal: harena: quodlibet eorū calefactum & in linteum coniectum. Si minore vi opus ē: etiam ſolum linteum. At ſi maiore: extinctiones: inuolutiq; panniculi & ſic circundati. Quin etiam calido oleo replentur vtriculi: & in vaſa fictilia: ad ſimilitudinem quas lēticulas vocāt: aqua conijcitur: & ſal ſicco linteo excipitur. demittiturq; in aquam bene calidam tum ſuper id membrum: quod fouendum eſt: collocatur: iuxtaq; ignē ferramenta duo ſunt capitibus paulo latioribus: alterumq; ex his demittitur in eum ſalem: & aqua ſuper leuiter aſpergitur. Vbi frigere cœpit: ad ignem refertur: & idem in altero fit: deinde inuicē in vtroq;. inter quæ deſcendit ſalſus & calidus ſuccus: qui cōtractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus commune eſt digere id quod vel præcordia onerat: vel fauces ſtrangulat: vel in aliquo mēbro nocet. Quando autem quoq; vtendū ſit: in ipſis morboq; generibus dicetur.

¶ Qui cibi: potioneſue: aut valētis aut mediæ aut imbecillæ materie ſint. Caput. xvij.

Vm de his dictum ſit: quæ detrahendo iuuant ad ea veniendum eſt: quæ nos alunt: ideſt cibum & potionem. hæc autem nō omnium tātum morborum: ſed etiam ſecundæ valetudinis cōmunia præſidia ſunt. Pertinetq; ad rem omnium proprietates noſſe. primum vt ſani ſciant quomodo his vtantur. deinde vt exequentibus nobis morborum curationem liceat ſpecies rerum: quæ aſſidue, neceſſariæ

erunt ſubijcere. Neq; neceſſe eſt ſubinde ſingulas eas nominare. Scire igit' oportet oia legumina: quæq; ex frumẽtis panificia ſũt: generis valẽtiſſimi eſſe. Id valẽtiſſimũ voco in quo plurimũ alimenti eſt: Item omne animal quadrupes dominatum. omnẽ grandem feram: quales ſunt capreæ: ceruus: aper: onager: omnem grandem auem: quales ſunt anſer & pauo & grus. omnes beluas marinas: ex quibus cetos eſt: quæq; his pares ſunt. Item mel & caſeũ. quo minus mirũ eſt: opus piſtoriũ valẽtiſſimũ eſſe: quod ex frumento: adipe: melle. caſeo conſtat. In media vero materia numerari ex oleribus debere ea: quoꝝ radices vel bulbos aſſumimus. Ex quadrupedibus leporẽ aues oẽs a minimis ad phœnicopterum. item piſces oẽs: qui ſalẽ nõ patiuntur: ſolidiue ſaliunt'. Imbecilliſſimã vero materiã eſſe omne olus & quicquid in cauliculo naſcitur. qualis ẽ cucurbita & cucumis & capparis: oia poma: oleas: chocleas itemq; cõchylia. Sed quã uis hæc ita diſcreta ſunt: tñ etiam quæ ſub eadẽ ſpecie ſũt: magna diſcrimina recipiũt: aliaq; res alia: vel valentior eſt vel infirmior. Si quidẽ plus alimenti eſt in carne: quam in vllo alio. Firmius eſt triticum: quã milium: id ipſũ: quã hordeũ & ex tritico firmiſſima ſiligo: deinde cui nihil ademptũ eſt: q^d autopyron græci vocant: infirmior eſt. ex polline infirmiſſimus cibarius panis. Ex leguminibus vero valẽtior fãba: vel lẽticula: quã piſum. Ex oleribus valẽtior rapa: napiq; & omnes bulbi. in quibus cæpam quoq; & alliũ numero: quã paſtinaca: vel quæ ſpecialiter radicula appellat'. Itẽ firmior braſſica & beta & porrũ: quã lactuca: vel cucurbita: vel aſparagus. At ex fructibus furculorũ valentiores vuæ: ficus: nuces: palmæ: quã quæ poma propriæ nominant'. Atq; ex his ipſis firmiora: quæ ſuccoſa: quã quæ frigida ſunt. itemq; ex his auibus: quæ in media ſpecie ſunt. valẽtior ea quæ pedibus: quã quæ volatu magis nitit': & ex his quæ volatu fidunt: firmiores ſũt: quæ grãdiores aues: quã quæ minutæ ſũt vt ficedula & turdus: Atq; eæ quoq; quæ in aqua degunt leuiorẽ cibum præſtãt: quã q̃ natãdi ſcientiã nõ habẽt. Inter domeſticas vero q̃drupedes: leuiſſima ſuilla ẽ: grauiſſima bubula. Itẽ q; ex feris quo maius quodq; animal: eo robuſtior ex eo cibus ẽ. Piſciumq; eorum: qui ex media materia ſũt. quib9 maxime vtimur: tñ grauiſſimi ſũt ex quib9 ſalſamẽta quoq; fieri poſſũt: qualis lacertus ẽ. deinde qui quãuis teneriores: tñ duri ſũt: vt aurata: coruus: ſcarus: oculata: tũ plãi: poſt quos ẽt leuiores lupi: mulliq;: & poſt hos oẽs ſaxatiles. Neq; vero i generibus rerũ tãtũmodo diſcrimẽ: ſed ẽt ipſis. q^d & ætate fit & mẽbro & ſolo & cælo & habitu. nam quadrupes animal omne ſi lactans ẽ: minus alimẽti præſtat. Item quo tenerior pullus cohortalis eſt. In piſcibus quoq; media ætas: quę nõdũ ſũmã magnitudinẽ ipleuit. Deinde ex eodẽ ſuæ vngulæ: roſtrũ: aures: cerebellũ. ex agno: hedoue cũ pectiolis totũ caput aliquãto quã cætera mẽbra leuiora ſũt: adeo vt in media materia põi poſſint. Ex auib9 colla alæue recte ifirmis ãnumerãt'. Quod ad ſolũ vero ptinet: frumẽtũ quoq; valẽtius ẽ collinũ quã campeſtre. leuior piſcis' iter ſaxa editus: quã in harena: leuior i harena: quã i limo. Quo fit: vt ex ſtagno: vel lacu: vel flumine eadẽ genera grauiora ſint. Leuiorq; qui i alto: quã qui i vado vixit. Omne ẽt fæx animal domeſtico leuius: & quodcũq; humido cælo: quã q^d ſicco natũ ẽ. Deinde eadẽ oĩa pinguia: quam macra: recentia: quã ſalſa: noua: quã vetuſta plus alimenti habẽt. Tum res eadẽ magis alit iurulẽta: quã aſſa: magis aſſa: quã frixa. Ouũ durũ valẽtiſſimæ materiæ ẽ: molle vel ſorbile: imbecilliſſimę. Cũ quæ panificia oĩa firmiſſima ſint: elota tñ quædã genera frumẽti: vt alica: oriza: ptiſana: uel ex hiſdẽ facta ſorbitio: uel pulticula. Et aqua quoq; madẽs pãis: imbecilliſſimis ãnumerari põt. Ex potionibus uero q̃cunq; ex frumẽto facta ẽ: itẽq; lac: mulſũ: defrutũ: paſſũ: uinũ aut dulce:

aut vehemens aut muſtū: aut magnæ vetuſtatis: valētiſſimi generis eſt. Acetū: & id vinū: qđ paucoꝝ ānoꝝ: vel auſterū: vel lene ē: in media materia ē. Ideoq; infirmis nunq̄ generis alterius dari debet. Aqua oīum imbecilliſſima eſt. firmiorq; ex frumēto potio ē: quo firmius fuit ipſum frumētū. firmior ex eo vino: quod bono ſolo: quā quod tēui quodq; tēperato cælo: quā quod aut nimis humido: aut nimis ſicco: nimiūq; aut frigido: aut calido natū ē. Mulſū quo plus mellis habet: defrutū quo magis incoctū ē: paſſū quo ex ſiccore vna ē: eo valētius ē. Aqua leuiſſima pluuialis ē: deīde fōtana: tum ex flumīe: tū ex puteo: poſt hæc ex niue: aut glacie. grauior his ex lacu: grauiſſima ex palude. Facilis ēt & neceſſaria cognitio ē naturā eius requirētibus. Nā leuis: pōdere apparet: & ex his quæ pōdere pares ſūt: eo melior quæq; ē: quo celerius & calefit & frigeſcit: quoq; celerius ex ea legumina ꝓcoquunt. Fere vero ſequit: vt quo valētior quæq; materia eſt: eo minus facile cōcoquatur: ſed ſi concocta eſt: plus alat. Itaq; vtendū eſt materiæ genere ꝓ viribus: moduſq; oībus: pro genere ſumendus. Ergo imbecillis hominibus: rebus infirmiſſimis opus ē. Mediocriter firmos: media materia optime ſuſtinet. & robuſtis apta: valediſſima eſt. Plus deinde aliquis aſſumere ex leuioribus pōt. magis in his: quæ valentiſſima ſunt: temperare ſibi debet.

¶ Quæ natura ac proprietas cuiuſq; rei ſit: qua veſcimur. Caput. xviij.

n Eq; hæc ſola diſcrimina ſūt: ſed ēt aliæ res boni ſucci: aliæ mali ſunt: quas cuchylas: vel cacochylas græci vocant. Aliæ lenes: aliæ acres: aliæ craſſiorē pituitā in nobis faciunt: aliæ tenuioꝝ ē: aliæ idoneæ ſūt ſtomacho: aliæ aliēæ ſūt. Itemq; aliæ inflant: aliæ ab hoc abſunt. aliæ calefaciūt: aliæ refrigerāt: aliæ facile in ſtomacho aceſcūt: aliæ nō facile intus corrūpunt. aliæ mouēt aluū: aliæ ſupprimūt. aliæ citant vrinā: aliæ tardant. Quædam ſomnū mouēt: quædā ſenſus excitant. Quæ oīa ideo noſcēda ſunt: quoniā aliud aliter: vel corpori vel valetudini cōuenit.

¶ Quæ res boni ſucci ſint. Caput. xix.

b Oni ſucci ſunt: triticū: ſiligo alica: oriza: amilū. Itē & lenes ſunt & ſtomacho aptæ calefaciūt: tragū: ptiſana: lac: caſeus mollis: oīs venatio: oēs aues: quæ ex media materia ſūt. Ex maioribus quoq; hæ. quas ſupra nomiauimus. Medij iter teneros duroſq; piſces: vt mulus & lupus verna: lactuca: vrtica: malua: cucumis: cucurbita: ouū ſorbile: portulaca: cochleę: palmulę. ex pomis quodcūq; neq; acerbū: neq; accidū ē. Vinū dulce vel lene: paſſū: defrutū: oleæ q̄ ex his duobus i alterutro ſeruatæ: uuluę: roſtra: trōculiq;. In ſūma oīs pinguis caro: oīs glutinoſa: omne iecur.

¶ Quę res mali ſucci ſint. Caput. xx.

m Ali uero ſucci ſūt miliū: panicū: hordeū: legūina: caro domeſtica permacra: omniſq; caro ſalſa: oē ſalſamētū: garū: uetus caſeus: cicer: radicula: rapa: napi: bulbi: braſſica: magiſq; ēt cima eius: aſparagus: beta: cucumis: porrū: eruca: naſturciū: thimū: nepeta: ſaturia: hiſopū: ruta: anetum: feniculū: cuminū: aneſū: lapatium: ſinapi: & alliū: cepa: lienes: renes: inteſtina: pomū quodcūq; acidū uel acerbum eſt: acetū: oīa acria: acida. acerba: oleū: piſces quoq; ſaxatiles omneſq; qui ex tenerrimo genere ſūt: aut hi qui rurſus nimiū duri: uiroſiq; ſūt: ut fere quos ſtagna: lacus: limoſiue riui fuerūt: quiue in nimiā magnitudinem exceſſerunt.

¶ Quæ res lenes: quæue acres ſint. Caput. xxi

l Enes āt ſūt: ſorbitiōes: pulticula: lagnū: amilū: ptiſana: piguis caro & quæcūq; glutinoſa ē. Quod fere quidē in oī: quæ domeſtica: fit: præcipue tñ i unguis: trūculiſq; ſuū: i pectiolis: capituliſq; hedoꝝ & uituloꝝ & agnoꝝ: oībuſq;

cerebellis. itē si qui proprie bulbi nominant: lac: defrutum: passum: nuclei pinei. acria sunt oia nimis austera: oia accida: omnia falsa: & mel quidē & quo melius est: eo magis. Itē allium: cæpa: eruca: ruta: nasturcium: cucumis: beta: brassica: asparagus: sinapi: radicula: intubus: ocymū: lactuca: maximaq; olerum pars.

¶ Quæ res crassiorem: quæue tenuiorem pituitam faciunt. Caput. xxij.

c Rassiorē ãt pituitã faciunt: oua sorbilia: alia: oriza: amilū: ptisana: lac bulbi: oiaq; fere glutinosa. Extenuant eandem oia salsa atq; acria & accida.

¶ Quæ res stomacho idoneæ sunt. Caput. xxiij.

Tomacho ãt aptissima sūt: quæcūq; austera sūt: ēt quæ accida sūt: quæq; cōta

ſ cta sale modico sūt. Itē pāis sine fermēto: & elota alica: vel orixa: vel ptisana: ois auis ois vēatio: atq; vtraq; vel assa vel elixa. Ex domesticis animalibus bubula. Siquid ex cæteris sumit: macrū potius: q̄ pingue. Ex sue vngulæ: rostra: aures: vuluæ: sterilesq;. Ex oleribus intubus: lactuca: pastinaca: cucurbita elixa: siser. Ex pomis cerasiū: morȝ: sorbū: pirū fragile: quale crustuminū vel meuianū ē. Itē pira quæ reponūtur tarētina atq; signina. Malū orbiculatū aut scaudianū vel amerinū vel cotōeū vel punicū. Vuæ ex olla: molle ouū: palmulæ: nuclei pinei: oleæ albæ ex dura muria: eædē acceto ītintæ. vel nigræ: q̄ i arbore bene pmaturuerūt: vel q̄ in passo: defrutoue seruatæ sūt. Vinū austerū: licet iã asperū sit: itē resinatū: Duri ex media materia pisces: ostrea: pectines: murices: pupuræ: cochleæ: cibi: potiōesq; vel frigidę vel feruētes: absinthium. ¶ Quæ res alienæ stomacho sunt. Caput. xxiiij.

Liena vero stomacho sunt omnia tepida: omnia salsa: oia iurulenta: prædul-

a cia: oia pinguia: sorbitio: panis fermētatus: itēq; vel ex milio: vel ex hordeo: oleum: radices: olerū: & quocūq; olus ex oleo: garoue estur: mel: mulsū: defrutū: passū: lac: ois caseus: vua recens: ficus & viridis & arida: legumina oia quæq; inflare cōsueuerunt. itē thimum: nepeta: saturea: hisopū: nasturtiū: lapatiū: lapsanum: iuglandes. Ex his ãt intelligi potest non quicqd boni succi est: protinus stomacho cōuenire: neq; quicquid stomacho cōuenit: protinus boni succi esse.

¶ Quæ inflãt aut inflationem leuant.

Nflant ãt omnia fere legumina: oia pinguia: omnia dulcia: omnia iuruleta:

i mustum: atq; etiam id uinū: cui nihil adhuc ætatis accessit. Ex oleribus alliū: cæpa: brassica: omnesq; radices excepto sisere & pastinaca: bulbi: ficus etiam aridæ. sed magis uirides: uuæ rectēes: nuces omnes exceptis nucleis pineis: lac: omnisq; caseus. quicquid deinde subrucum aliquis assumpsit. Minima inflatio fit ex uenatione: aucupio: piscib9: pomis: oleis: cōchilijs: ouis uel mollibus: uel sorbilib9: uino uetere. Feniculum uero & anetum inflationes etiam leuant.

¶ Quæ res aut calefaciunt aut refrigerant. Caput. xxvi.

Tcalefaciunt pip: sal: caro: ois iurulēta: alliū: cepa: ficus arida: salsamētū: ui-

a nū: & quo meraci9 ē: eo magis. Refrigerāt olera: quorȝ crudi caules assumūt ut ītubus & lactuca. Itē coriādrū: cucūis: elixa cucurbita: beta mora: cerasia: mala austera: pira fragilia: caro elixa: p̄cipueq; acetū: siue cib9 ex eo siue potio assumit.

¶ Quæ res intus facile vitiantur: uel minime corrumpunt. Caput. xxvij.

Acile ãt intus corrūpūtur. panis fermētatus & q̄squis alius: quã ex tritico ē:

f lac: mel: ideoq; lactantia atq; omne pistorium opus: teneri pisces: ostrea: olera: caseus & recens & uetus: crassa uel tenera caro: uinū dulce: mulsū: defrutū: passū: quicquid deide uel iurulētū ē: uel nimis dulce: uel nimis tenue. At mini-

me intus: panis sine fermẽto: aues: & eæ potius duriores: aurati pisces: neq; solum aurata pura: aut scarus: sed etiã lolligo: locusta: polypus. Item bubula: omnisq; dura caro: eademq; aptior ẽ si macra. si salsa est. omniaq; salsamẽta: cochleæ: murices: purpuræ: vinum austerum: vel resinatum.

¶ Quæ res aluum mouent. Caput. xxviij.

a Tt aluũ mouẽt: panis fermẽtatus: magisq; si cibarius vel hordeaceus ẽ. brassica: si subcruda ẽ lactuca: anetũ: nasturciũ: ocymũ: vrtica: portulaca: radicula: capparis: alliũ: cepa: malua: lapathiũ: beta: asparagus: cucurbita: cerasia: mora: vua oĩa mitia: ficus ẽt arida: sed magis uiridis: vuæ recẽtes pĩgues: mĩutæ aues: cochlæ: garũ: salsamẽta: ostrea: pelorides: echini: musculi. & oẽs fere cõchulæ: maxieq; ius earũ: saxatiles: & oẽs teneri pisces: sepiaq; atramẽtũ: si q̃ caro assumitur pinguis eadẽ vel iurulẽta vel elixa: aues quæ natãt: mel crudũ: lac: lactãtia oĩa: mulsum: vinũ dulce: vel salsũ: aqua: tenera omnia tepida: dulcia: pĩguia: elixa iurulẽta: salsa: diluta.

¶ Quæ res aluum astringant. Caput. xxviiij.

c Ontra astringunt: panis ex siligine vel ex similia: magis si sine fermẽto ẽ: magis ẽt si iustus ẽ. intẽditurq; vis eius ẽt si bis coquit̃. Pulticula uel ex halica: vel ex panico: uel ex milio. itẽq; ex hisdẽ sorbitio: & magis si hæc ante fricta sunt. Lenticula: cui uel beta uel intubus uel ambubeia uel plãtago adiecta ẽ: magisq; etiam si illa ante fricta est per se etiã intubus uel ex plãtagine uel ãbubeia fricta: mĩuta olera brassica bis decocta: dura oua: magisq; si assa sunt: minutæ aues merula: palumbus: magisq; si in pusca decoctus ẽ: grus: oẽs aues: quæ magis currũt: quam uolant: lepus caprea: iecur ex his: quæ seuũ habẽt: maxieq; bubulũ: ac seuum ipsũ: caseus: qui uehementior uetustate fit: uel ea mutatiõe: quã ĩ caseo trãsmarĩo uidemus: aut si recẽs ẽ ex melle: mulsoue decoctus. Itẽ mel coctũ: pura imatura: sorba: magisq; ea: quæ terminalia uocant̃: mala cydonia & punica: oleæ vel albæ vel ꝓmaturæ: myrta. palmulæ: purpureæ: murices: uinũ resinatũ uel aspũ: itẽ meracũ: acetum mulsũ q̃d inferuit. itẽ defrutum: passũ: aq̃ uel tepida uel p̃frigida dura ideſt ea q̃ tarde putrescit: ideoq; pluuia potissimũ. oĩa dura: macra austera: aspa: tosta: & ĩ eadẽ carne: assa potius q̃ elixa.

¶ Quæ res urinam mouent. Caput. xxx.

u Rinã ãt mouẽt q̃cũq; ĩ horto nascẽtia bõi odoris sunt: ut apiũ: ruta: anetũ: ocimũ: mẽta: isopũ: coriãdrũ: nasturciũ: eruca: feniculũ. Præter hęc asparagus: capis: nepeta: thimũ: satureia: lapsanũ: pastiaca: magisq; agrestis: radicula: siser: cepa. Ex uenatione maxie lepus: unum tenue: piper & rotundum & longum: sinapi: absithium. nuelei pinei.

¶ Quæ res somnũ mouent: aut sensus excitant. Caput. xxxi.

f Omno uero aptum est papauer. lactuca. maximeq; æstiua. cuius cauliculus iam lacte repletus est: morũ: porrum. Sensus xcitant nepeta. thimum. satu rea: hisopum. præcipueq; puleium. ruta. & cepa.

¶ Quæ res corpus aut erodãt. aut reprimãt. aut refrigerent. aut calefaciãt. aut durẽt aut emolant. Caput. xxxij.

e Vocare uero materiã multa admodũ possũt. Sed ea q̃ ex pegrinis medicamẽtis maxie cõstãt: alijsq; magis: quã q̃bus rõne uictus succurrit̃: opitulãt̃: ĩ p̃sẽtia differã. Ponã ea uero: q̃ prõpta & his morbis: de q̃b9 ꝓtinus dicturus sũ: apta: corpus erodũt: & sic eo q̃d mali ẽ: extrahũt. Habẽt ãt hãc facultatẽ semina erucæ: nacturcij radiculę: præcipue tñ oium sinapi. Salis quoq; & fici eadẽ vis est. Leniter

vero ſimul & reprimũt & molliũt lana ſuccida vel aceto vel vino: quo oleũ adiectũ ẽ. Cõtritæ palmulæ: furfures in ſalſa aqua: vel aceto decoctæ. At ſimul reprimũt & refrigerãt herba muralis parthenĩ vel ꝑdiciũ appellãt: ſerpillũ: puleiũ: ocymũ: herba ſãguinalis: quã græci polygoniũ vocant: portulaca: papaueris folia: capreoliq; vitiũ: coriãdri folia: hyoſcyamũ: muſcus: ſiſer: apiũ: ſolanũ: q̃ ſtrychnũ græci vocãt: braſſicę folia: ĩtubus: plãtago: feniculi ſemẽ: cõtrita pira vel mala: præcipueq; cydonia: lẽticula: aqua frigida: maxicq; pluuialis: vinũ: acetũ: & ex horũ aliquo magis: madẽs vel panis: vel farina vel ſpongia: vel cinis: vel lana ſuccida: vel ẽt linteolũ: creta cimolia: gypſũ: melinũ: myrteũ: roſa: acerbũ oleũ: verbenaq; cõtuſa cũ teneris caulib9 folia: cuius generis ſunt olea: cupreſſus: myrtus: lẽtiſcus: tamaris: liguſtrũ: roſa: rubus: laurus hedera: punicũ malũ. Sine frigore ãt reprimũt cocta mala cydonia: malicoriũ: aqua calida: ĩ qua verbenæ coctæ ſũt: quas ſupra ꝓpoſui. puluis vel ex fece uini: uel ex myrti foliis: amaræ nuces. Calefacit uero ex qualibet farina cataplaſma: ſiue ex tritici ſiue ex farris: ſiue hordei ſiue herui uel lolij uel milij uel panici uel lenticulæ uel fabæ uel lupini uel lini uel fœni græci: ubi ea deferbuit: calidaq; ĩpoſita ẽ. Valentior tñ ad id oĩs farina eſt ex mulſo: quã ex aqua cocta. Præterea ciprinũ: irinum. medulla. adeps ex felle iũcta oleo: magiſq; ſi uetus ẽ: ſal nigrũ: git: pip quiquefoliũ: fereq; q̃ nehemẽter & reprimũt & refrigerãt. Durãt q̃ calefaciũt & digerunt: & emolliũt. Præcipueq; ad emolliẽdũ põt cataplaſma ex lini uel fœni greci ſemie. His ãt oib9 & ſimplicib9 & ꝑmixtis uarie medici utũt̃: ut magis qd qſq; ꝑſuaſerit ſibi appareat: quã qd euidenter cõperit.

CORNELII CELSI DE MEDICINA TERTIVS LIBER INCIPIT.

¶ De morborum generibus. Caput primũ.

Rouiſis oĩbus: q̃ ptinẽt ad uniuerſa genera morboq;: ad ſingulosq; curatiões ueniã. Hos ãt ĩ duas ſpecies greci diuiſerũt: alioſq; ex his acutos: alios longos cẽ dixerũt. Ideoq;: qm̃ nõ ſẽper eodẽ mõ reſpõdebãt: eoſdẽ alij iter acutos: alij iter lõgos retulerũt. Ex quo plura eoq; genera eſſe mãifeſtũ ẽ. Quidã. n. breues utiq; ſũt: qui cito uel tollũt hominẽ: uel ipſi cito finiũt̃. Quidã lõgi: ſub quibus neq; ſanitas ĩ ꝓpiquo: neq; exitiũ eſt. Tertiũq; genus eoq; ẽ: qui mõ acuti: mõ lõgi ſũt. Idq; nõ in febribus tantũmodo: in quibus frequẽtiſſimũ eſt: ſed in alijs quoq; fit. Atq; ẽt præter hos: quartũ eſt: quod neq; acutũ dici poteſt: quia nõ pimit: neq; vtiq; longũ: quia ſi occurrit̃: facile ſanat̃. Ego cũ de ſingulis dicã: cuius quiſq; generis ſit: indicabo. Diuidã ãt oẽs in eos: qui ĩ totis corporibus cõſiſtere uidẽtur: & eos qui oriũt̃ ĩ partibus. Incipiã a prioribus pauca de oĩb9 ꝑfat9. In nullo qdẽ morbo min9 fortũa ſibi uẽdicare: quã ars põt: utpote cũ repugnãte natura: nihil medicina ꝓficiat. Magis tñ ignoſcendũ medico eſt parũ ꝓficiẽti in acutis morbis: quã in lõgis. Hic enĩ breue ſpatiũ ẽ: intra quod: ſiquod auxiliũ nõ ꝓfuit: æger extinguit̃. Ibi & deliberationi & mutationi remedioq; tẽpus patet: adeo ut raro: ſi inter initia medicus acceſſit: obſequens ęger ſine illius uitio pereat. Lõgus tñ morbus cũ penitus inſedit: quod ad difficultatẽ ptiet: acuto par ẽ. Et acutus q dẽ quo uetuſtior eſt: lõgus ãt quo recentior: eo facilius curatur. Alterum illud ignorari non oportet: qd̃ non oĩbus ægris eadem auxilia conueniunt. Ex quo incidit: ut alia atq; alia ſummi auctores quaſi ſola uendicauerint: prout cuiq; ceſſerant. Oportet ita q; ubi aliquid non reſpondit. non tanti putare auctorẽ: quanti ægrum: & experiri aliud atq; aliud. Sic tñ. ut in acutis morbis cito mutetur qd̃ nihil ꝓdeſt. in longis: quos

tēpus vt facit: sic ēt soluit: non statim condēnet. si quid non stati ꝓfuit. Minus vero remoueat si quid paulū saltē iuuat: quia ꝓfectus tempore expletur.

¶ Quomodo morbi cognoscāt & an increscāt an cōsistāt an minuantur: & qua rōne ab initio qui lāguere icipit curari debeat. Caput secundū.

Protinus ātem iter initia scire facile ē. Quis acutus morbus qs lōgus sit: nō i his solis: in quibus semp ita se habet: sed i his quoq; in qbus variat. Nā vbi sine intermissionibus accessiōes & dolores graues vrgēt: acutus morbus ē. Vbi lēti dolores: lētæue febres sūt: & spacia iter accessiōes porrigūt: accedūtq; ea signa: quæ i priore volumie exposita sūt: lōgū hūc futurū esse māifestū est. Vidēdū ēt est: morbus an increscat: an cōsistat: an minuat. quia q̄dā remedia icrescētibus morbis: plura inclinātibus cōueniūt: Eaq; q̄ decrescētibus apta sūt: vbi acutus icrescēs vrget: in remissionibus potius expiēda sūt. Increscit ātem morbꝰ dū grauiores dolores: accessiōesq; veniūt hæq; & anteq̄ proxie reuertūt & postea desinūt. Atq; i lōgis quoq; morbis ēt tales notas nō habētibus scire licet increscere: si somnus incertus est: si deterior cōcoctio: si fœdiores deiectiōes: si tardior sēsus: si pigrior mēs: si ꝓcurrit corpus frigus: aut calor: si id magis pallet. Ea vero quæ cōtraria his sūt: decedētis eius notæ sūt. Præter hæc in acutis morbis serius æger alēdus ē: nec nisi iā iclinatis: vt prīo dēpta materia ipetū frāgat. In lōgis maturius vt sustinere spatiū affecturi mali possit. Ac si quādo is nō i toto corpore: sed in ꝓte ē: magis tñ ad rē ptinet vim totius corporis molliri: quā proprie ptes ægre sanētur. Multū ēt interest ab initio qs recte curatus sit: an ꝓperā. quia curatio minus his ꝓdest: i qbus assidue frustra fuit. Si qs temere habitus adhuc integris viribus viuit: admota curatiōe momēto restituit. Sed cū ab his cœperi: quæ notas quasdā futuræ aduersæ valetudinis exhibēt curationū quoq; principiū ab aiaduersiōe eisudē tēporis faciā. Igit si qd ex his: quæ ꝓposita sūt icidit: oīum optia sūt: qes & abstinentia. Si qd bibēdū: aqua. Idq; interdū vno die fieri satis ē. Interdū si terrentia manent biduo ꝓximeq; abstinētiā sumēdus est cibus: exiguus bibenda aqua: postera die ēt vinū. deide inuicē alternis diebus: mō aq̄: mō vinū: donec oīs causæ metus finiat. Per hæc. n. sæpe iīstās grauis morbus discutit. Plurimiq; fallūt dū se prīo die ꝓtinus sublaturos lāguorē aut exercitatiōe aut balneo: aut coacta deiectiōe: aut vomitu: aut sudatiōibus: aut vino sperāt. Nō quo nō interdū id icidat: aut nō decipiat: sed quo sæpiꝰ fallat: solaq; abstinentia sine vllo piculo medeat. Cū p̄sertim ēt ꝓ mō terroris moderari liceat: & si leuiora iditia fuerūt: satis sit a vino tm̄ abstinere: q̄d subtractū plusq̄ si cibo al̄ qd dematur: adiuuat. si paulo grauiora: facile sit nō aquā tm̄ bibere: sed ēt cibo carnē subtrahere. interdū panis quoq; minus: quā ꝓ cōsuetudie assumere: hūidoq; cibo esse cōtētū & olere potissimū. Satisq; sit tū ex toto a cibo: a vino: ab oī motu corpis abstinere: cū vehemētes notæ terruerūt. Neq; dubiū ē qn vix qsquā: abdissimulauit: sed ꝓ hæc mature morbo occurrit: ægrotet.

¶ De febriū generibus. Caput tertium.

Tq; hæc qdē sanis facienda sūt tm̄ cām metuētibus: seqtur vero curatio febriū.
a q̄d & i toto corpe & vulgare maxie morbi gēus ē. Ex his vna quottidiana: altera tertiana: altera q̄rtana est. Interdū ēt lōgiore circuitu quædā redeūt. Sed id raro euenit. In priorib9 & morbi sūt & medicina. At q̄rtāæ qdem simpliciores sūt. Incipiūt fere ab horrore: deide calor erūpit: finitaq; febre biduū integrū est. ita q̄rto die reuertit. Tertianæ vero duo genera sūt. Alterū eodē mō quo quartana & icipiens & desinens: illo um̄ interposito discrimine: q̄d vnū diē p̄stat integrū: tertio redit. Alterū lōge

pnicio ſi us: qd tertio qdē die reuertit: ex octo āt & quadragita horis fere ſex & trigin ta p acceſſionē occupat: interdum ēt vel minus vel plus: neq; ex toto in remiſſione deſiſtit: ſed tantum leuius eſt. Id genus pleriq; medici hemitritæon appellāt. Quotidiane vero variæ ſūt & multiplices. Aliæ enim ꝑtinus a calore incipiunt: aliæ a frigore: aliæ ab horrore. Frigus voco vbi extremæ ꝑtes mēbroꝝ inalgeſcūt. horrorē vbi totum corpus it remit. Rurſus aliæ ſic deſinūt: vt ex toto ſequat' itegritas. aliæ ſic: vt aliquantū quidē minuat' ex febre. nihilominus tñ quædā reliqæ remaneāt: donec altera acceſſio accedat: ac ſæpe aliæ vix quicquā aut nihil remitāt: ſed ita vt cōtinuēt. Deinde aliæ feruorē ingētē habēt: aliæ tollerabilē: aliæ quottidie pares ſunt: aliæ ipares. atq; inuicē altero die leniores: altero vehemētiores. aliæ tpe eodē poſtridie reuertunt'. aliæ vel ſerius vel celerius. aliæ diē noctēq; acceſſionē & deceſſionē iplēt: alię min9: alię plus. alię cū decedūt ſudorē mouēt: aliæ ñ mouēt. atq; alias p ſudorē itegritatē venit': alias corpus tantū ibecillius reddit'. Acceſſiōes ēt modo ſiugulæ ſingulis diebus fiunt: mō binę plureſue cōcurrūt. Ex quo ſæpe euēit: vt quotidie plures acceſſiōes: remiſſiōeſq; ſint. Sic tñ vt vnaquæq; alicui priori reſpōdeat. Interdum vero acceſſiones quoq; confunduntur: ſic: ut notari neq; tempora earū: neq; ſpacia poſſint. Neq; uerū eſt qd' dicitur a quibuſdā: nullam febrem inordinatā eē: niſi aut ex uomica: aut ex inflāmatione: aut ex ulcere. Facilior enim ſemper curatio foret: ſi hoc uerum eēt. Sed qd' euidentes cauſæ faciunt: facere ēt abditæ poſſunt. Neq; de re ſed de uerbo cōtrouerſiā mouent. Qui cū aliter: aliterq; i eodē morbo febres accedāt. non eaſdē inordinate redire: ſed alias alias aſq; ſubinde oriri dicūt. Quod tñ ad curādi rōnem nihil ꝑtineret: ēt ſi uere diceret'. Tēpora quoq; remiſſionū mō liberalia: mō uix ulla ſunt.

¶ De curationum diuerſis generibus. Caput. iiij.

Tfebriū quidem ratio maxīe talis eſt. Curationū uero diuerſa genera ſūt: ꝑ-
e ut auctores aliquos habent. Aſclepiades officiū eē medici dicit: ut tuto: vt celeriter: ut iucūde curet. Id notū eſt ſed fere periculoſa eē nimiū & feſtinatio & voluptas ſolet. Qua vero moderatiōe vtēdū ſit: vt quātū fieri pōt oia iſta cōtingāt: prima ſemp habita ſalute i ipſis ꝑtibus curationū cōſiderādū erit. Et ante oia quærit': primis diebus æger qua rōne cōtinēdus ſit. Antiqui medicamētis qbuſdā datis cōcoctionē moliebāt': eo qd cruditatē maxīe horrebāt: deide eā materiā: quæ lędere videbatur ducēdo: ſæpius aluū ſubtrahebāt. Aſclepiades medicamēta ſuſtulit: aluū ñ totiēs: ſed fere tñ in oi morbo ſubduxit. Febre vero ipſa p̄cipue ſe ad remediū vti ꝑfeſſus eſt. Conuellādas. n. vires ægri putauit: luce: vigilia: ſiti igēti ſic: vt ne eos qdē primis dieb9 elui ſineret. Quo magis fallūt' q ꝑ oia iucūdā eius diſciplinā eē cōtēdunt. His enim vlteriorib9 qdē dieb9 cubātis ēt luxurię ſubſcripſit: primis vero tortoris vicē exhibuit. Ego āt mēdicamētoꝝ dari potiōes & aluū duci nō niſi raro debere: cōcedo. Et id nō ideo tamen agendū: vt ægri vires cōuellantur: exiſtimo: qm̄ ex imbecillitate ſummū periculū eſt. Minui ergo tantum materiā ſnperautē oportet: quæ naturaliter detrahatur ubi nihil noui accedit. Itaq; abſtinendus a cibo primis diebus eſt: in luce habēdus æger niſi infirmus interdiu eſt. quoniā corpus iſta quoq; digerit: iſq; cubare quā maximo cōclaui debet. Quod a ſitim vero ſomnūq; ꝑtinet: moderandum eſt: vt interdiu vigilet: noctu: ſi fieri pōt: conquieſcat. Ac neq; potet: neq; nimiū ſiti crucie't'. Os etiā eius elui pōt: vbi & ſiccū eſt & ipſi fœtet. quāuis id tēpus aptū potiōi nō eſt. Commodeq; Eraſiſtratus dixit ſæpe iferiore ꝑte humorē nō requirēte: os & fauces requirere: neq; ad rem male haberi ægrum pertinere. Ac primo quidem ſic tenēdus eſt. optimū uero medica

mentum eſt oportune cibus datus. qui quando primum dari debeat quæritur. Plæriq; ex antiquis tarde dabant: ſæpe quinto die: ſæpe ſexto. & id fortaſſe vel in aſia vel in ægypto cæli ratio patit. Aſclepiades vbi ægrũ triduo p oĩa fatigarat: quarto die cibo deſtinabat. At Themiſon nuper non qñ cœpiſſet febris: ſed qñ deſiſſet aut certe leuata eſſet: conſiderabat: & ab illo tẽpore expectato die tertio: ſi nõ acceſſerat febris: ſtatim: ſi acceſſerat vbi ea vel deſierat vel ſi aſſidue ihærebat: ſi certe ſe inclinauerat cibũ dabat. Nihil ãt horũ vtiq; ꝑpetuũ ẽ. Nã põt prĩo die primus cibus dãdus eſſe: põt ſecũdo: põt tertio: põt nõ niſi quarto: aut quinto: põt poſt vnã acceſſionem: põt poſt duas: poteſt poſt plures. Refert enim qualis morbus ſit: quale corpus: quale cælum: quæ ætas: qd tempus ãni. minimeq; in rebus multum inter ſe differentibus perpetuũ eſſe præceptũ temporis poteſt: In morbo qui plus viriũ aufert: celerius cibus dandus eſt. itemq; eo cælo: quo magis digerit. Ob quam cauſam in africa nullo die æger abſtineri recte videtur. Maturius ẽt: puero quã iuueni: æſtate: quã hyeme dari debet. Vnũ illud ẽ: ſemp quod vbiq; ſeruandũ eſt: vt ægri vires ſubinde aſſidens medicus inſpiciat: & quãdiu ſupererũt: abſtinẽtia pugnet. ſi ĩbecillitatẽ vereri cœperit cibo ſubueniat. Id. n. eius officium ẽ: vt ægrũ neq; ſuperuacua materia oneret: neq; ĩbecillitatẽ fame ꝑdat. Idq; apud Eraſiſtratũ quoq; inuenio: qui quãuis parũ docuit qñ venter: quãdo corpus ipſum exinaniretur: dicendo tñ hæc eſſe viſſenda: & tum cibum dandũ: cũ corpori deberetur: ſatis oſtendit dum vires ſuppereſſent: dari non oportere: ne defficerent: conſulẽdum eſſe. Ex his autem intelligi poteſt ab vno medico multos non poſſe curari: eumq; ſi artifex eſt: idoneum eſſe qui non multum ab ægro recedit: ſed qui quæſtui ſeruiunt quoniam is maior ex populo eſt libenter amplectuntur ea præcepta: quæ ſedulitatem non exigunt: vt in hac ipſa re: facile eſt. n. dies vel acceſſiones numerare his quoq;: qui ægrum raro vident. ille aſſideat neceſſe eſt: qui: quod ſolum opus eſt: viſurus eſt: quando nimis imbecillus futurus ſit: niſi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptiſſimus eẽ conſueuit. Eſt autem alia etiã de diebus ipſis dubitatio: quoniã antiqui potiſſimũ impares ſequebantur: eoſq; tanq̃ tunc de ægris iudicaretur criſimos nominabant. Hi erant dies tertius: qntus: ſeptimus: nonus: vndecimus: quartuſdecimus: vnus & vigeſimus: ita vt ſũma potẽtia ſeptĩo: deinde q̃rtodecimo: deinde vni & vigeſimo daret. Igit ſic ægros nutriebãt: vt dierũ ipariũ acceſſiões expectarẽt: deinde poſtea cibũ quaſi leuioribus acceſſiõibus iſtãtibus darẽt. adeo vt Hippocrates ſi alio die febris deſiſſet: reciduã timere ſit ſolitus. Id Aſclepiades iure vt vanũ repudiauit neq; i vllo die: quia par: imparue eſſet: his vel maius vel minus periculum eſſe dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt: & oportunius poſt eorum acceſſiones cibus datur. Nonnunquam etiam in ipſo morbo: dierum ratio mutat: fitq; grauior: qui remiſſior eſſe conſueuerat. atq; ipſe quartuſdecimus par eſt: in quo eſſe magnã vim antiqui fatebantur. Qui cũ octauũ primi naturã habere cõtenderẽt: vt ab eo ſecũdus ſeptenarius numerus inciperet: ipſi ſibi repugnabãt: nõ octauũ neq; decimũ neq; duodecimũ diẽ ſumendum quaſi potentiorem. Plus enim tribuebant nono & vndecimo. Quod cum feciſſent ſine vlla probabili ratione: ab vndecimo non ad terciumdecimũ: ſed ad quartumdecimũ trãſibant. Et ẽt apud Hippocratẽ: ei quẽ ſeptimus dies liberaturus ſit: quartũ eſſe grauiſſimũ. Ita illo quoq; auctore in die pari & grauior febris eſſe põt & certa futuri nota. Atq; idẽ alio loco quartum quẽq; diem: vt in vtrũq; efficaciſſimũ apprehendit: ideſt quartum: ſeptimũ: vndecimum quartumdecimum: decimumſeptimum: in quo & ab ipari ad paris numeri rõnem tranſit. & ne hoc quidem ꝓpoſitum

cõseruauit: cũ a septimo die vndecimus: nõ quartus sed quintus sit. adeo apparet quacunq; rõne ad numerũ respeximus: nihil rõnis sub illo quidem auctore reperiri. Verũ in his quidẽ antiquos tũc celebres ad modũ pythagorici numeri fefellerũt: cũ hic quoq; medicus nõ numerare dies debeat: sed ipsas accessiões ituери: & ex his coniectare qñ dãdus cibus sit. Illud ãt magis ad rem ptinet scire: tũ oporteat dari cũ iam bene venæ cõquieuerũt: aut ẽt num manẽtibus reliquijs febris. Antiqui eni quã integerrimis corporibus alimentũ offerebant. Asclepiades inclinata quidẽ febre: sed adhuc tñ inhærente. In quo vanã rõnẽ secutus ẽ: nõ quo nõ sit interdũ maturius cibus dandus: si mature timeẽ altera accessio: sed quo scilicet quã sanissimo dari debeat. Minus eni corrũpit quod itegro corpori infert. Neq; tñ verũ ẽ quod Themisoni uidebat: si duabus horis iteger futurus esset æger: satius esse tũc dare: ut integro corpore potissimum diduceret. Nã si diduci tã celeriter posset id cẽt optimũ. Sed cũ hoc: breue tẽpus nõ præstet: satius pricipia cibi a decedẽte febre: quã reliquias ab icipiente excipi. ita si lõgius tẽpus secũdũ est: quã integerrimo dãdus est: si breue: ẽt anteq̃ ex toto iteger fiat. Quo loco uero itegritas est: eodẽ est remissio: q̃ maxie in febre cõtinua põt esse. Atq; hic quoque quæriẽ: utrũ tot horæ expectãde sint: quot febrẽ habuerũt: an satis sit: primã partem earũ præteriri: ut ægris iucundius ilidat: qbus interdũ nõ uacat. Tutissimũ est ãt ante: totius accessiõis tempus ptерire. quãuis ubi longa febris fuit: põt idulgeri ægro maturius: dũ tñ ante minime pars dimidia prætereat. Idq; nõ in ea sola febre: de qua pxime dictũ est: sed in oĩbus ita seruandũ est.

¶ De febrium sprciebus & singularũ curationibus & primo quando cibus febricitantibus dandus sit. Caput. v.

Acc magis p oĩa genera febriũ ppetua sunt: nũc ad singulas earũ species descẽdã. Igit si semel tñ accessit deinde desijt: eaq; vel ex iguine: vel ex lassitudine vel ex æstu: aliaue simili re fuit sic: vt iterior nulla cã metũ fecerit: postero die cũ tẽpus accessiõis ita trãsijt: vt nihil moueret: cibus dari põt. At si ex alto calor vẽit: & grauitas vel capitis: vel præcordioꝝ secuta ẽ: neq; apparet quid corpus cõfuderit: quãtuis vnã accessionẽ secuta itegrittas ẽ: tñ: qa tertiana timeri põt: expectãdus ẽ dies tertius: & vbi accessiõis tẽpus præterijt: cibus dãdus ẽ: sed exiguus: qa quartana quoq; timeri põt. Et die q̃rto demũ: si corpus itegrũ ẽ: eo cũ fiducia vtẽdũ. Si vero postero: tertioue aut quarto die secuta febris est: scire licet morbũ esse. Sed tertianarũ quartanarũq;: quarũ & certus circuitus ẽ & finis iteger ẽ: & qa liberaliter qeta tpa sunt: expeditior rõ ẽ. De qbus suo loco dicã. Nũc vero eas explicabo: q̃ quotidie vrgẽt. Igit tertio quoq; die cibus ægro cõmodissime dat: vt alter febrẽ minuat: alter viribus subueniat. Sed his dari debet: si quotidiana febris ẽ: quæ ex toto desinat: simul atq; corpus itegrũ factũ ẽ si q̃uis nõ accessiões: febres tñ iungunt: & quotidie qdẽ increscũt: sed sine integritate tñ remittũt cũ corpus ita se habet: vt maior remissio nõ expectetur. Si altero die grauior: altero leuior accessio est: post grauiorẽ. Fere vero grauiorẽ accessionẽ leuior nox sequit: quo fit vt grauiorẽ accessionem nox quoq; tristior antecedat. At si cõtinuatur febris: neq; leuior vnquã fit & dari cibũ necesse est: quando dari debeat magna dissẽtio ẽ. Quidã: qa fere remissius matutinũ tẽpus ægris ẽ. tunc putãt dãdũ. Quod si respõdet: nõ qa mane est: sed quia remissior est æger. dari debet. Si uero ne tũc quidẽ vlla requies ægris ẽ hoc ipso peius id tempus est quod cũ sua natura melius esse debeat: morbi uitio nõ est. simulq; insequit tempus meridanũ: a quo cum ois æger fere peior fiat: timeri põt: ne ille magis etiam quam ex consuetudine vrgeatur. Igitur alij vespere tali

ægro cibū dāt. Sed cū eo tempore fere pessimi sint qui ęgrotant: uerendū est: ne si quid tunc mouerimus: fiat aliquid asperius. Ob hæc ad mediam noctem decurro: idest finito iā grauissimo tpe: eodēq; lōgissime distante: secuturis vero antelucanis horis quibus oēs fere maxie dormiūt: deinde matutino tpe: qđ natura sua leuissimū est. Si vero febres vagæ sunt: qa verendū est: ne cibū statim subsequātur: qñcūq; quis accessione leuatus ē: tunc debet assumere. At si plures accessiōes eodē die veniūt: cōsiderare oportet: pares ne ꝑ oia sint: qđ vix fieri pōt: an ipares. Si ꝑ oia pares sint: post eā potius accessionē cibus dari debet: quæ nō inter meridiē & vesperē desinit. Si ipares sunt: cōsiderandū ē. quo distēt. Nā si altera grauior: altera leuior ē: post grauiorē dari debet. si altera lōgior: altera breuior: post lōgiorē. si alteta grauior: altera lōgior ē: considerandū est: utra magis affligat: illa ui: an hæc tpe: & post eā dādus ē. Sed plane plurimū interest: quātæ: qualesq; iter eas remissiōes sint. Nā si post alterā febrē motio manet: post alterā itegrū corpus est: itegro corpe: cibo tēpus aptius ē. Si scmp febricula manet sed alterū tñ lōgius tēpus remissionis est: id potius eligēdū est: adeo ut ubi accessiōes cōtinuāt ꝑtinus inclinata priore dādus cibus sit. Etenī ꝑpetuū est: ad qđ omne cōsilium dirigi pōt: cibū quā maxime semp ab accessiōe futura reducere & hoc saluo dare quam integerrimo corpori. Quod nō iter duas tm̄: sed ēt iter plures accessiōes seruabit. Sed cū sit aptissimū tertio quoq; die cibū dare: tñ si corpus infirmū ē: quotidie dandus est multoq; magis si cōtinētes febres sine remissiōe sunt: quanto magis corpus affligunt: aut si duæ pluresue accessiones eodē die ueniunt. Quæ res efficit: ut & a primo die ꝑtinus cibus dari quotidie debeat. Si protinus uenæ conciderunt: & sæpius eodem die: si inter plures accessiones subinde uis corpori deest. Illud tñ in his seruādū est: ut post eas febres minus cibi detur: post quas: si ꝑ corpus liceret: omnino nō daretur. Cū uero febris instet: incipiat: augeatur: consistat: decedat: deinde in decisione consistat: aut finiatur: scire licet: optimū cibo tēpus esse febre finita. deinde cū decessio eius consistit. tertiū si necesse est. qñcūq; decedit: cætera oia periculosa esse. Si tñ ꝑp infirmitatē necessitas urget: satius esse cōsistēte iā incremento febris aliquid offerre: quā increscente. Satius esse instante: quā incipiente: cū eo tñ ut nullo tpe is qui deficit nō sit sustinendus. Neq; hercule satis est ipsas tm̄ febres medicū intueri sed ēt totius corpis habitū: & ad eū dirigere curationē: seu supersunt uires: seu desunt: seu qdā mali affectus iterueniūt. Cū uero semp ægros securos agere conueniat: ut corpore tm̄ non ēt animo laborēt: tū præcipue ubi cibum sumpserunt. Itaq; si qua sunt quæ exasperatura eorum aios sunt optimum est ea dum ægrotant eorum noticiæ subtrahere. Si id fieri non potest: sustinere tamen post cibum usq; somni tempus: & cum exprecti sunt: tum exponere.

¶ Quando potiones febricitantibus dari expediat. Caput. vi.

Sed de cibo facilior quidē cū ægris rō est. quoq; sæpe stomachus hunc respuit: ēt si mens cōcupiscit. De potione uero ingens pugna est: eoq; magis: quo maior febris est. Hæc .n. sitim accendit: & tū maxie aquā exigit: cū illa ꝑiculosissima ē. Sed docēdus æger ē: ubi febris quieuerit: ꝑtinus sitim quoq; quieturā: lōgiorē q; accessionem fore si qđ ei datū fuerit alimētū. Ita celerius cū desinere sitire q nō bibit. Necesse ē tñ quāto facilius ēt sani famē: quā siti sustinēt: tāto magis ægris i potiōe: q̄ i cibo idulgere. Sed prīo qdē die nullus hūor dari debet: nisi subito sic uenę cōciderūt ut cib9 quoq; dari debeat. Secūdo uero: cæteriscq; ēt qb9 cibus ñ dabit: tñ si magna sitis urgebit potio dari pōt. Ac ne illđ qdē ab Heraclide tarētio dictū rōne caret: ubi aut bilis ægrū aut cruditas male habet expedire quoq; ꝑ medicas potiōes misceri nouā mate

riã corruptæ. Illud vidẽdũ ẽ: vt qualia tpa cibo legũt talia potiõi quoq; : vbi ſine illo da tur: deligant: aut cũ ægrũ dormire cupiemus. Quod fere ſitis ꝓhibet. Satis ãt cõue- nit: cũ oĩbus febricitãtibus nimius hũor alienus ſit: tũ præcipue eſſe fœminis: quæ ex partu i febres iciderũt. Sed cum tpa cibo potiõiq; : febris & remiſſiõis rõ det: nõ ẽ expe ditiſſimũ ſcire: qñ æger febricitet: qñ melior ſit: qñ deficiat. Sine quib9 diſpẽſari illa nõ poſſũt. Venis. n. maxie credimus fallaciſſimæ rei. qa ſæpe iſtæ lẽiores: celeriores ſue ſũt & ætate & ſexu & corpoꝝ natura. Et plærunq; ſatis ſano corpe ſi ſtomachus ifirmus ẽ nõnũq; ẽt incipiente febre ſubeũt & quieſcũt: vt ibecillus is videri poſſit. cui facile latu- ro grauis iſtat acceſſio. Cõtra ſæpe eas cõcitat & reſoluit ſol & balneũ & exercitatio & metus & ira & quilibet alius aĩ affectus. Adeo vt cũ primum medicus vẽit: ſolicitudo ægri dubitãtis quõ ille ſe habere videat: eas moueat. ob quã cauſã periti medici ẽ: nõ ꝑ tinus vt vẽit apprehẽdere mãu brachiũ. Sed primum reſidere hilari vultu: pcõtariq; quẽadmodũ ſe habeat: & ſi qs eius metus ẽ: eũ ꝓbabili ſermõe leniri tũ deinde eius cor pori manũ admouere. Quas venas ãt cõſpectus medici mouet quam facile mille res turbãt. Altera res ẽt: cui credimus calor æque fallax. Nã hic quoq; excitat æſtu: labore ſõno: metu: ſolicitudine. Igitur intueri qdẽ ẽt iſta oportet. Sed his nõ oĩa credere: ac ꝑ tinus qdẽ ſcire nõ febricitare eũ: cuius uenæ naturaliter ordinatæ ſunt: teporq; talis eſt qualis eſſe ſanis ſolet. Nõ ꝑtinus ãt ſub calore motuq; febrẽ ſeſe cõcipe: ſed ita: ſi ſũma quoq; arida inæqualiter cutis ẽ ſi calor & ĩ frõte ẽ & ĩtimis præcordijs orit. ſi ſpiritus ex naribus cũ feruore prorũpit. ſi color: aut rubore: aut pallore nouo mutatus ẽ ſi ocu li graues: & aut ꝓſicci: aut ſubhumidi ſunt. ſi ſudor cũ fit: inæqualis ẽ. ſi uenæ non æqs interuallis mouẽt. Ob quã cãm medicus neq; itenebris: neq; a capite ægri debet reſide re: ſed illuſtrimẽto aduerſus eũ: ut oĩs notas ex uultu quoq; cubãtis ꝓſpiciat. Vbi uero febris fuit atq; decreuit: expenſari oportet: nũ tpa: parteſue corporis aliæ paulũ made ſcant: quæ ſudorẽ uenturũ eſſe teſtent. Ac ſiqua nota eſt: tũc demũ dare potui calidã aquã. cuius ſalubris effectus eſt: ſi ſudorẽ ꝓ oĩa mẽbra diffundit. Huius ãt fui cã conti nere æger ſub ueſte ſatis multa manus debet: eadẽq; crura pedeſq; cõtegere: qua male plæriq; ægros in ipſo ipetu febris: peſſimeq; ubi ardẽs ea eſt: male habẽt. Si ſudare cor pus cœpit linteũ tepefacere oportet: paulatimq; ſingula mẽbra detergere. At Vbi ſu- dor oĩs finitus ẽ: aut ſi is nõ uenit: ubi quã maxie potuit: idoneus eſſe cibo æger uidet ſub ueſte leniter ungendus ẽ: tũ detergendus: deinde ei cibus dandus. Cibus ãt febrici tãtibus humidus eſt aptiſſimus: aut humori certeq; ꝓximus: utiq; ex materia quam leuiſſima: maximeq; ſorbitio. eaq; ſi magnæ febres fuerunt: quã tenuiſſima eſſe debet. Mel quoq; deſpumatũ huic recte adijcit quo corpus magis nutriat ſed id ſi ſtomachũ offẽdit: ſuperuacuũ ẽ: ſicut ipſa quoq; ſorbitio. Dari uero iuicẽ eius põt: uel itrita ex aq̃ calida: uel alica elota. ſi firmus ẽ ſtomachus & cõpreſſa aluus ex aqua mulſa. ſi uel ille lãguet uel hæc ꝓfluit ex puſca. Et prio qdẽ cibo ita ſatis ẽ. ſecũdo uero aliqd adijci põt ex eodẽ tñ genere materie: uel olus: uel cõchiliũ uel pomũ. Et dũ febres quidẽ icreſcũt hic ſolus idoneus cibus eſt. Vbi uero aut deſinũt: aut leuãt ſemp qdẽ incipiendũ ẽ ab aliquo ex materia leuiſſima: adijciẽdũ uero aliqd ex media: rõne habita ſubĩde & uiriũ hoĩs & morbi. Ponẽdi uero ægro uarij cibi: ſicut Aſclepiades præcepit: tũ demũ ſunt ubi faſtidio urget neq; ſatis uires ſufficiũt: ut paulũ ex ſingulis deguaſtando famẽ ui- tet. At ſi neq; uis neq; cupiditas deeſt: nulla uarietate ſollicitãdus æger ẽ: ne plus aſſu mat: q̃ cõcoquat. Neq; uerũ ẽ: qd ab eo dicit: facilius cõcoq cibos uarios. Edũt. n. fa- cilius. Ad cõcoctionẽ ãt materiæ genus & modus ptinẽt. Neq; inter magnos dolores

neq; increſcente morbo tutum eſt ægrũ cibo impleri ſed ubi inclinata iam in melius valetudo eſt. Sunt aliæ quoq; obſeruationes in febrius neceſſariæ. atq; id quoq; vidẽdũ ẽ: qđ qdã ſolũ præcipiũt: an aſtrictũ corpus ſit. an ꝓfluat. Quor alterũ ſtrangulat qđ cõtinet: alterũ digerit. nã ſi aſtrictũ ẽ: ducẽda aluus ẽ: mouẽda vrina: eliciendus oĩ modo ſudor. In hoc genere morbor ſanguinẽ ẽt miſiſſe: cõcuſſiſſe vehemẽtibus geſtatiõibus corpus in lumine habuiſſe: iperaſſe famẽ: ſitim vigiliã ꝓdeſt. Vtile ẽ ẽt ducere in balneũ: prius dimittere i ſoliũ: tũ vngere: itẽ ad ſoliũ redire: multaq; aq̃ fouere inguina: interdũ ẽt oleũ i ſolio cũ aqua calida miſcere: vti cibo rarius & ſerius tenui: ſimplici molli. calido. exiguo: maxieq; olcribus: qualia ſunt: lapatiũ. vrtica. malua: vel iure etiã cõcharũ: muſculorumue: aut locuſtarũ: neq; dãda caro niſi elixa ẽ. At potio eſſe debet magis liberalis & ante cibũ & poſt hũc & cũ hoc vltra quã ſitis coget. Poteritq; a balneo ẽt pinguius dari vinũ. poterit ſemel aut bis iterpõi græcũ ſalſũ. Contra vero ſi corpus ꝓfluet: ſudor coercẽdus: qes adhibẽda erit tenebris ſõniq;: qñcũq; volet: vtẽdũ. nõ niſi leui geſtatiõe corpus agitãdũ: & ꝓ genere mali ſubueniẽdũ. Nã ſi vẽter fluit aut ſi ſtomachus nõ continet: vbi febris decreuit: liberaliter oportet aquã tepidã potui dare & vomere: cogere: niſi aut fauces: aut præcordia: aut latus dolet: aut vetus morbus ẽ. Si vero ſudor exercet: durãda cutis ẽ vel nitro vel ſale: quæ cũ oleo miſcent. At ſi leuius id vitiũ eſt: oleo corpus vngẽdũ eſt. ſi vehementius: roſa vel melino vel myrteo: cui vinũ auſterũ ſit adiectũ. Quiſqs ãt fluore æger ẽ: cum venit in balneũ prius vngendus deinde in ſoliũ demittẽdus eſt. Si in cute vitium eſt frigida quoq; quã calida aqua melius vtet. Vbi ad cibum ventum eſt: dari debet is valens. frigidus. ſiccus ſimplex: qui quã minime corrũpi poſſit: panis toſtus: caro aſſa: vinũ aſperum: vel certe ſubauſterũ ſi venter profluit: calidum: ſi ſudores nocent: vomituſq; ſunt frigidum.

¶ Quomodo peſtilentes febres: curari debeant. Caput. vij.

Eſiderat ẽt ꝓpriã aiaduerſionẽ in febribus peſtilẽtiæ caſus. In hac minime vtile eſt: aut fame: aut medicamẽtis vti aut ducere aluũ. Si vires ſinunt: ſanguinẽ mittere optimũ eſt: præcipueq; ſi cũ dolore febris ẽ: Si id parũ tutũ ẽ: vbi febris aut tenuata eſt: aut leuata eſt vomitu pectus purgare. Sed ĩ hoc maturius: quã ĩ alijs morbis ducere ĩ balneũ opus ẽ: vinũ calidũ & meracius dare & oĩa glutinoſa. Inter quæ quoq; carnẽ generis eiuſdẽ. Nã quo celerius eiuſmodi tẽpeſtates corripiũt: co maturius auxilia: ẽt cũ quadã temeritate rapiẽda ſũt. Quod ſi puer ẽ: q laborat: neq; tm̃ robur eius ẽ: vt ſanguis mitti poſſit: ſiti ei vtẽdũ ẽ. ducẽda aluus vel aqua: vel ptiſanæ cremore tum demũ is leuibus cibis nutriẽdus. Et ex toto nõ ſic pueri vt viri curari debẽt. Ergo: ut ĩ alio quoq; genere morbor parcius ĩ his agẽdũ ẽ. Nõ facile ſanguinem mittere nõ facile ducere aluũ: nõ cruciare uigilia: fameue: aut nimia ſiti: nõ uino curare ſatis conuenit. Vomitus poſt febrem eliciendus eſt: deinde dandus cibus ex leuiſſimis tũ is dormiat. poſtero quoq; die ſi febris manet: abſtineat. Tertio ad ſimilẽ cibũ redeat. Dãdaq; opa ẽ quãtũ fieri põt: ut iter oportunã abſtinẽtiã cibo ſq; oportunos obmiſſis cæteris nutriat. Si uero ardẽs febris extorret: nulla medicamẽti dãda potio ẽ. ſed in ipſis acceſſiõibus oleo & aq̃ refrigerãdus ẽ. q̃ miſcẽda mãu ſũt donec albeſcant: & conclaui tenendus: quo multũ & purũ aerẽ trahere poſſit: neq; multis ueſtimẽtis ſtrãgulandus ſed admodũ leuibus tm̃ uelãdus ẽ. Poſſunt ẽt ſup ſtomachũ imponi folia uitis in aqua frigida tincta. Ac ne ſiti quidẽ nimia uexãdus ẽ: alẽdus maturius ẽ: ideſt a die tertio & ante cibũ hiſdẽ perungendus. Si pituita in ſtomacho coijt: iclinata iã acceſſione: vomere cogendus eſt. & tunc dandum frigidũ olus: aut pomũ ex his: quæ ſtoma-

cho cõueniũt. Si ſiccus manet ſtomachus: protinus vel ptiſanæ vel alicæ vel orizæ cremor dandus eſt cũ quo recẽs adeps cocta ſit. Cũ vero in ſũmo incremẽto morbus eſt vtiq; nõ ante diẽ quartũ magna ſiti antecedente: frigida aqua copioſæ præſtãda eſt: vt bibat ẽt vltra ſatietatẽ: & cũ iã vẽter & præcordia vltra modũ repleta ſatiſq; refrigerata ſunt: vomere debet. Quidã ne vomitũ qdẽ exigunt: ſed ipſa aqua frigida tm̃ ad ſatietatẽ data ꝑ medicamẽto vtunt. Vbi vtrũlibet factũ ẽ: multa veſte operiẽdus ẽ & collocãdus vt dormiat. Fereq; poſt lõgã ſiti & vigiliã: poſt multã ſatietatẽ: poſt ifractũ calorẽ pleũs ſonus vẽit ꝑ quẽ ingẽs ſudor effundit idq; præſentiſſimũ auxiliũ ẽ. Sed i his tm̃ i qb9 præter ardorẽ: nulli dolores: nullus ꝓcordioꝝ tumor: nihil ꝑhibẽs vel i thorace vel i pulmõe vel i faucibus: nõ vlcus: nõ defectio: non deiectio: nõ ꝑfluuiũ alui fuit.

¶Curatio ſemitertianæ febris quæ hemitritæos dicitur. Caput. viij.

a Tvbi id genus tertiãæ ẽ: qd hemitritæon medici appellãt: magna cura opus eſt: ne id fallat. Habet. n. plerũq; frequẽtiores aceſſiões deceſſioneſq; : vt aliud morbi genus videri poſſit: porrigitq; febris iter horas vigintiquatuor & triginta ſex. vt quod idem eſt: non idẽ eſſe videatur. Et magnopere neceſſarium eſt neq; dari cibum: niſi in ea remiſſione: quæ uera eſt: & ubi ea uenit: protinus dari: plurimiq; ſub alterutro curantis errore ſubito moriunt. ac niſi mãgnopere aliq; res prohibet interimitia ſãguis mitti debet: tũ dari cibus: q̃ neq; icitet febrẽ: & tm̃ lõgũ eius ſpaciũ ſuſtineat.

¶Curatio lentarum febrium. Caput. ix.

n Onnũq; ẽt lẽtæ febres ſine ulla remiſſiõe corpus tenẽt: ac neq; cibo: neq; ulli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet: ut morbũ mutet. Fortaſſe eni curatiõi oportunior fiet. Sæpe igit ex aqua frigida: cui oleũ ſit adiectũ: corpus eius ꝑtractãdũ ẽ. qm̃ interdũ ſic eueuit: ut horror oriat: & fiat initiũ quoddã noui motus: exque eo cũ magis corpus icaluit: ſequat ẽt remiſſio. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidet. at ſi diu frigus eſt & torpor & iactatio corporis non alienũ eſt in ipſa febre dare mulſi tres aut q̃ttuor cyathos: uel cum cibo uinum bene dilutum Intẽdit. n. ſæpe ex eo febris: & maior ortus calor: ſimul & priora mala tollit: & ſpem remiſſiõis in ea curatiõe oſtẽdit. Neq; hercules iſta curatio noua ẽ qua nũc qdã traditos ſibi ægros: q ſub cautioribus medicis trahebant: iterdũ cõtrarijs remedijs ſanant. Si qdẽ apud antiquos quoq; ante Erophilũ & Eraſiſtratũ: maxieq; poſt Hippocratẽ fuit Petro qdã q febricitãtẽ hoiem ubi accepat multis ueſtimẽtis opiebat: ut ſimul calorẽ ingentẽ ſitimq; excitaret. Deinde ubi paulũ remitti cœperat febris: aquã frigidam potui dabat: ac ſi mouerat ſudorẽ: explicuiſſe ſe ægrũ indicabat. ſi nõ mouerat: plus ẽt aquæ frigidæ igerebat: & tũ uomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat: ꝑtinus ſuillã aſſã & uinũ hoi dabat. Si nõ liberauerat: decoquebat aquã ſale adiecto eãq; bibere cogebat: ut mouẽdo uẽtrẽ purgaret. Et intra hæc oĩs eius medicina erat. Eaq; nõ minus gtata fuit his: quos Hippocratis ſucceſſores nõ refecerãt quã nũc ẽ his: quos Erophili uel Eraſiſtrati æmuli diu tractos nõ expedierũt. Neq; ideo tm̃ nõ ẽ temeraria iſta medicina: qa plures ſi ꝑtinus a principis excepit: iteremit. Sed cũ eadẽ oĩbus conuenire nõ poſſint: fere quos rõ nõ reſtituit: temeritas adiuuat. Ideoq; eiuſmodi medici melius alienos ægros: quã ſuos nutriunt. Sed ẽ circũſpecti quoq; hoĩs & nouare interdũ & augere morbum & febres accẽdere: qa curationẽ ubi id qd eſt nõ recipit: põt recipere id quod futurum eſt.

¶Remedia in febribus ad capitis dolorem & præcordiorum inflamationem & aridi-tatem & ſcabritiem linguæ. Caput. x.

Onſideradū ēt eſt: febres ne ſolæ ſint: an alia his quoq; mala accedāt. ideſt nū
c caput doleat: nū lingua aſpa: nū præcordia intēta ſint. Si capitis dolores ſunt roſā cū aceto miſcere oportet: & i id igerere: deinde habere duo pittacia: quæ latitudinē frōtis lōgitudinēq; æquēt. Ex his iuicē alterū i aceto & roſa habere: alterū in frōte: aut itinctā hiſdē lanā ſuccidā iponere. Si acetū offēdit: pura roſa vtēdū ē. Si roſa ipſa lædit: oleo acerbo. ſi iſta parū iuuāt: teri poteſt vel iris arida: vel nuces amaræ: vel quætibet herba ex refrigerantibus. Quoq; qdlibet ex aceto ipoſitū dolorē minuit: ſed magis aliud i alio. Iuuat pāis cū papauere iniectus: vel cū roſa: ceruſſa: ſpumaue argēti. Olfacere quoq; vel ſerpillū vel anetū nō alienū ē. At ſi i præcordijs iflāmatio & dolor ē: prio ſup iponēda ſunt cataplaſmata reprimētia: ne ſi calidiora fuerit plus eo materiæ cōcurrat. Deinde vbi pria iflāmatio ſe remiſit: tūc demū ad calida & hūida veniēdū ē: vt ea quæ remāſerit: diſcutiāt. Notæ vero iflāmatiōis ſūt q̄tuor: rubor & tumor cū calore & dolore. Quo magis errauit Eraſiſtratus: q̄ febrē nullā ſine hac eſſe dixit. Ergo ſi ſine iflāmatiōe dolor ē: nihil iponēdū ē. Hūc. n. ſtatī ipſa febris ſoluit. At ſi neq; iflāmatio: neq; febris: ſed tm̄ p̄cordior & dolor ē: ꝓtinus calidis & ſiccis fomētis vti licet. Si vero līgua ſicca ē & ſcabra: detergēda primū pēicillo ē ex aq̄ calida. Deinde vnguēda mixtis iter ſe roſa & melle. Mel purgat. roſa reprimit: ſimulq; ſicceſcere ñ ſinit. At ſi ſcabra ñ ē ſed arida: vbi pēicillo deterſa ē: vngi roſa debet: cui cære paulū adiectū.

¶ Remedia cōtra frigus: quod febrem præcedit. Caput. xi.

Olet ēt ante febres eſſe frigus: idq; vel moleſtiſſimū morbi gēus ē. Vbi id ex-
ſ pectat: oī potiōe ꝓhibēdus æger ē. Hæc. n. paulo ante data multū malo adijcit. Itē maturius veſte multa tegēdus ē. admouēda ptib9 his: ꝓ qbus metuimus: ſicca & calida fomēta ſic ne ſtatī vehemētiſſimi calores icipiāt: ſed paulatī increſcāt. Perfricādæ quoq; eæ ptes māibus vnctis ex vetere oleo ſūt: eiq; adijciēdū aliqd ex calefaciētibus. Cōtētiq; medici q̄dā vna frictiōe ēt ex quolibet oleo ſūt. In harū febriū remiſſiōibus nōnulli tres aut q̄tuor ſorbitiōis cyathos ēt nū vltra manēte febre dāt. Deinde ea bñ finita reficiūt ſtomachū cibo frigido & lēi. Ego tū hoc puto tētandū: cū parū cibus ſemel & poſt febrē datus ꝓdeſt. Sed curioſe ꝓſpiciēdū ē: ne tēpus remiſſiōis decipiat. Sæpe. n. i hoc quoq; genere valetudinis iā minui febris videtur & rurſus intēditur. Itaq; ei remiſſioni credendū eſt: quæ etiam immoratur & iactationem fœtorēq; quēdā oris: quē ozē græci vocāt: minuit. Illud ſatis cōueīt: ſi quotidie pares acceſſiōes ſūt: quotidie puū cibū dādū: ſi ipares: poſt grauiorē cibū: poſt leuiorē: aquā mulſam.

¶ Curatio horroris in febribus. Caput. xij.

Orror āt eas fere febres antecedit: quæ certū habēt circuitū & ex toto remittū
h tur. Ideoq; tutiſſimæ ſūt maxie: quæ curatiōes admittūt. Nā vbi icerta tēpora ſūt: neq; alui ductio: neq; balneū: neq; medicamētū aliud recte dat. icertū ē. n. qñ febris vētura ſit: ita fieri poterit: vt ſi ſubito venerit: ſūma i eo pnicies ſit: q d' auxilij cā ſit iuētū. Nihilq; aliud fieri pōt: quā vt primis dieb9 bene abſtineat æger deinde ſucceſſu febris eius q̄ grauiſſima ē: cibū ſumat. at vbi certus circuitus ē: facilius oia illa tētāt: qa facilius ꝓponere nobis & acceſſionū & deceſſionū vices poſſumus. In his āt cū veterauerūt: vtilis famis ñ ē: Primis tātūmodo dieb9 ea pugnādū ē: deide diuidēda curatio ē: & añ horror: tū febris diſcutiēda. Igit' cū primū aliqs ihorruit & ex horrore icaluit: dare ei oportet potui tepidā aquā ſubſalſā & vōere cū cogere. nā fere talis horror ab his orit' q̄ bilioſa i ſtomacho reſederūt. idē faciēdū ē ſi ꝓxio quoq; circuitu æque ceſſit ſæpe. n. ſic diſcutit', iāq; q d' genus febris ſit: ſcire licet. itaq; ſub expectatione pro-

xime acceſſionis: quæ inſtare tertia põt: deducendus in balneum eſt: dandaq; opa eſt: vt p tẽpus horroris in ſolio ſit. Si ibi quoq; ſenſerit nihilominus idẽ ſub expectatiõe accessionis quartæ faciat. ſi qdẽ eo quoq; modo ſæpe id diſcutiẽ. ſi nec balneũ quidẽ profuit: ante acceſſionẽ alliũ edat: aut bibat calidã aquã cũ pipere ſi qdẽ ea quoq; aſſũpta calorẽ mouẽt: qui horrorẽ nõ admittit. Deinde eo modo quo i frigore p̃ceptũ eſt: antẽq; inhorreſcere poſſit. opiaẽ. Fomẽtiſq; ꝓtinus validioribus totũ corpus circũdare conuenit: maxieq; iuolutis extinctis teſtis & titiõibus. Si nihilominus horror perruperit multo oleo calefacto iter ipſa veſtimẽta pfundatur: cui æque ex calefacientibus aliqd ſit adiectũ. adhibeaẽq; frictio quãtã is ſuſtinere poterit: maximeq; in manibus & pedibus & ſpiritũ ipſe cõtineat. neq; deliſtendũ eſt ẽt ſi horror eſt. Sæpe. n. ptinacia iuuãtis malũ corporis vincit. Si qd euomuit: dãda aqua tepida: iterũq; vomere cogendus eſt. vtendũq; eiſdẽ eſt donec horror finiatur. Sed præter hæc: ducenda aluus eſt: ſi tardius horror quieſcit. ſi qdẽ id quoq; exonerato corpori ꝓdeſt. Vltima quoq; poſt hæc auxilia ſunt geſtatio & frictio. Cibus ãt in eiuſmodi morbis maxime dandus eſt. qui mollẽ aluum præſtet. Caro glutinoſa. vinum: cum dabiẽ: auſterum.

¶ Curatio quotidianæ febris. Caput. xiij.

Aec ad oẽs circuitus febriũ pertinent. diſcernendæ tñ ſingulæ ſunt: ſicut ratio
h nẽ habent diſſimilẽ. ſi quotidiana ẽ: triduo primo magnopere abſtinere oportet. tũ cibis altero quoq; die vti. Si res inueterauerit: poſt febrẽ experiri balneũ & vinũ: magiſq; ſi horrore ſublato hæc ſupereſt.

¶ Curatio tertianæ febris. Caput. xiiij.

I tertiana vero: quæ ex toto intermittit: aut quartana eſt: mediis diebus & am
ſ bulatiõibus vti oportet: aliiſq; exercitatiõibus & vnctionib9. qdã ex antiquioribus medicis Cleophãtus i hoc genere morboꝝ multo ante acceſſionẽ caput ægri multa calida aq̃ pfundebat: deinde vinũ dabat. Quod q̃uis pleraq; eius viri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades: recte tñ præterijt. Eſt. n. anceps: Ipſe: ſi tertiana febris ẽ: tertio die poſt acceſſionẽ dicit aluũ duci oportere. quinto poſt horrorẽ: vomitũ elicere. deinde poſt febrẽ: ſicuti illi mos erat: adhuc calidis dare cibũ & vinũ. Sexto die in lectulo detineri ſic. n. fore: ne ſeptimo die febris accedat. Id ſæpe fieri poſſe veriſimile eſt. Tutius tñ eſt: vt hoc ipſo ordine vtamur Tria remedia: vomitus: alui ductionis: vini potus p triduũ: ideſt die tertio & quinto & ſeptimo tẽtare. nec vinũ niſi poſt acceſſionẽ die ſeptimo bibat. Si vero primis diebus diſcuſſus morbus nõ eſt: iciditq; i vetuſtatẽ: quo die febris expectabitur: in lectulo ſe contineat: poſt febrẽ perfricetur: tũ cibo aſſũpto bibat aquã. poſtero die: quo cibo vacat & ab exercitatione vnctioneq;: aqua tñ cõtentus cõquieſcat. Et id quidẽ optimum eſt. Si vero imbecillitas vrgebit: & poſt febrẽ vinum: & medio die paulum cibi debebit aſſumere.

¶ Curatio quartanæ febris. Caput. xv.

A dẽ in quartana faciẽda ſunt. Sed cũ hæc tarde admodum finiaẽ: niſi primis
e diebus diſcuſſa eſt: diligẽtius ab initio præcipiẽdũ eſt: quid in ea debeat fieri.

Igiẽ ſi cui cũ horrore febris acceſſit: eaq; deſijt: eodẽ die & poſtero tertioq; cõtinere ſe debet: & aquã tantũmodo calidã primo die poſt febrẽ ſumere: biduo ꝓximo quantũ fieri põt ne hanc quidẽ. ſi quarto die cũ horrore febris reuertitur: vomere ſicut ante præceptũ eſt deinde poſt febrẽ modicũ cibũ ſumere: vini quadrantẽ. Poſtero tertioq; die abſtinere: aqua tãtũmodo calida: ſi ſitiet: aſſumpta: ſeptio die balneo frigus præuenire: abſtinere: continere ſe debet: ſi febris redierit: ducere aluũ. vbi ex eo corpus

conquieuerit inunctione uehementer perfricari: eodem mō ſumere cibum & vinū: biduo ꝓximo ſe abſtinere: frictione ſeruata. decimo die rurſus balneū experiri: & ſi poſtea febris acceſſit: æque pfricari. uinum copioſius bibere. ac ſi proximū eſt: quies tot dierū: ut abſtinētia cum cæteris quæ præcipiuntur: febrē tollant. Si uero nihilominus remanet: aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus: idq; agendū: ut quod diu ſuſtinēdū eſt: corpus facile ſuſtineat. Quo minus ēt curatio probari Heraclidis tarētini debet. qui primis diebus ducēdā aluū. deinde abſtinendū uſq; in ſeptimum diē dixit. Quod ut ſuſtinere aliquis poſſit tñ etiam febre liberatus uix refectioni ualebit. A deo ſi febris ſæpius acceſſerit: cōcidet. Igitur ſi tertiodecimo die morbus remanebit: balneum neq; ante febrē neq; poſt eam tētandū erit: niſi interdū iam horrore diſcuſſo. Horror ipſe per eadē quæ ſupra præſcripta ſunt expugnādus. Deinde poſt febrem oportebit ungi & uehementer perfricari: cibum & ualidum & fortiter aſſumere. uino uti quātum libebit. poſtero die cum ſatis quieuerit: ambulare: exerceri: ungi: perfricari: fortiter: cibū accipere ſine uino; Tertio die abſtinere. Quo die uero febrē expectabit: ante ſurgere & exerceri: dareq; operā oportet: ut in ipſam exercitationē tempus febris ĩcurrat. Sic. n. ſæpe illa diſcutit. At ſi in ope occupauit: tum demū ſe recipere. In eiuſmodi ualetudine medicamenta ſunt: oleum: frictio: exercitatio: cibus uinū. Si uenter aſtrictus eſt ſoluendus eſt. Sed hæc facile ualidiores faciunt: ſi imbecillitas occupauit: p exercitatione geſtatio eſt. Si ne hanc quidem ſuſtinet: adhibēda tñ frictio ē. ſi hæc quoq; uehemens onerat: intra quietē & unctionē & cibū ſiſtendū eſt: danda opera eſt: ne q̄ cruditas in quotidianam id malū uertat. Nā quartana neminē iugulat. ſed ſi ex ea facta quottidiana ē: in malis æger eſt. Quod tñ niſi culpa uel ægri vel curantis nunq̄ fit.

¶ Curatio duarum quartanarum. Caput. xvi.

a Tſi duæ quartanæ ſunt: neq; hæ: quas ꝓpoſui: exercitatiōes adhiberi poſſūt: aut ex toto quieſcere opus eſt: aut ſi id difficile ē: leuiter ambulare: conſidera diligenter inuolutis pedibus: & capite. Quotiēs febris acceſſit & deſijt: cibū modicum ſumere & uinum. reliquo tempore niſi imbecillitas urget: abſtinere. Aut ſi duæ febres pene iunguntur: poſt utranq; cibum ſumere. Deinde uacuo tēpore & moueri aliquid: & poſt vnctiōem cibo vti. Cū vero vetus quartana raro: niſi vere ſoluat: vtiq; eo tēpore attendendū eſt ne quid fiat qđ valetudinē impediat. Prodeſtq; in vetere quartana mutare ſubinde uictus genus: a uino ad aquam: ab aqua ad uinum: a lenib9 cibis ad acres: ab acribus ad lenes trālire: eſſe radicē: deinde uomere: iureue pulli galli nacei uentrem reſoluere: oleum ad frictiones adijcere: calefacientia ante acceſſionem ſorbere: uel aceti cyathos duos: uel unum ſinapis cum tribus græci uini ſalſi: uel mixta pibus portionibus & in aqua diluta: pip: caſtoreū: laſer: myrram. Per hæc eni ſimiliaq; corpus agitandū eſt: ut moueatur ex eo ſtatu quo detinet. Si febris quieuit diu meminiſſe eius diei cōuenit: eoq; uitare frigus: calorē: cruditatē: laſſitudinē. Facile enim reuertitur: niſi a ſano quoq; aliquādiu timet.

¶ Curatio quotidianæ febris: quæ ex quartana facta ſit. Caput. xvij.

a Tſi ex q̄rtana quotidiana facta eſt: cum id uitio inciderit: p biduum abſtinere oportet. frictione uti: aquam tantūmodo ueſperi potui dare. tertio die ſæpe fit ne febris accedat. ſed ſiue fuit: ſiue non fuit: cibus poſt acceſſionis tempus eſt dandus. at ſi manet: p biduum abſtinentia: quanta maxime iperari corpori poteſt: fricatione quotidie: utendum ē.

¶ De tribus inſaniæ generibus & primo de eius curatione: quæ a græcis ꝓphreneſis dicitur. Caput. xviij.

T febriū quidem ratio expoſita eſt. Superſūt vero alij corporis affectus qui
e huic ſuperueniūt. ex quibus: eos: qui certis partibus aſſignari nō poſſunt: pro
tinus iungā. Incipiā ab inſania: primāq; huius ipſius ptē agrediar quæ & acu-
ta & i febre eſt: græci phreneſin appellāt. illud ante oia ſcire oportet: interdū in acceſſi
one ægros deſipere & loqui aliena. Quod nō quidē leue eſt: neq; incidere poteſt: niſi i
febre uchemēti non tñ æque peſtiferū eſt. Nā plærunq; breue eſſe cōſueuit: leuatoq; ac
ceſſiōis ipetu ꝓtinus mens redit. Neq; id gēus morbi remediū aliud deſiderat: quam
quod i curāda febre præceptū ē. Phreneſis uero tū demū eſt: cū cōtinua demētia eſſe i
cipit: aut cū æger quāuis adhuc ſapiat: tñ quaſdā vanas imagines accipit. perfecta eſt
ybi mens illis imaginibus ad dicta ē. eius āt plura genera ſūt: ſi qdē ex phreneticis alij
hilares: alij triſtes ſunt: alij facilius cōtinent & intra verba deſipiunt. alij conſurgūt &
violenter quædā manu faciunt. atq; ex his ipſis alij nihil niſi impetu peccant. alij etiam
artes adhibent: ſummāq; ſpeciē ſanitatis in captādis maioꝝ operū occaſionibus ꝓbēt:
ſed exitu deprehendūtur. Ex his autem eos qui intra verba deſipiunt: aut leuiter etiam
manu peccāt: onerare aſperioribus cohercitiōibus ſuperuacuū eſt. Eos ver oqui violē-
tius ſe gerūt uincire cōuenit: ne vel alteri vel ſibi noceāt. Neq; credēdū eſt ſi vinctus ali
quis dū leuari viculis cupit: ſanū iam ſe fingat: quāuis prudēter & miſerabiliter loqua
tur: quoniā is dolus inſanientis eſt. Fere vero antiqui tales ægros in tenebris habebāt:
eo qd eis cōtrariū eſſet exterreri: & ad quietē animi tenebras ipſas cōferre aliquid iudi-
cabant. At Aſclepiades tanq̄ tenebris ipſis terrentibus in lumīe habēdos eſſe dixit. ne-
utrū tñ perpetuum eſt: aliū enī lux: aliū tenebræ magis turbant. repriunt q; in quibus
nullū diſcrimen depræhēdi vel hoc uel illo mō poſſit. optimum itaq; eſt vtrunq; expe-
riri: & habere cū: qui tenebras horret: in luce: eum qui lucem in tenebris. At vbi nullū
tale diſcrimen ē: æger ſi vires habet: loco lucido: ſi nō habet: obſcuro cōtinēdus ē. Re-
media vero adhibere vbi maxīe furor vrget: ſuperuacuū eſt. ſimul enim febris quoq; i-
creſcit. Itaq; tum nihil niſi cōtinēdus æger eſt. Vbi uero res patitur: feſtinanter ſubue-
niendum eſt. Aſclepiades perinde eſſe dixit his ſanguinem mitti ac ſi trucidentur: rati
onē hanc ſecutus: quod neq; inſania eſſet niſi: febre intenta: neq; ſanguis niſi in remiſſi-
one eius recte mitteretur. Sed ipſe in his ſomnum multa frictione quæſiuit: cum & in
tentio febris ſomnū impediat: & frictio nō niſi in remiſſiōe eius utilis ſit. Itaq; hoc quo
q; auxiliū debuit prætcrire. Quid igitur eſt? Multa in præcipiti periculo recte fiūt ali-
as omittēda. Et cōtinuata quoq; febris habet tēpora: quibus & ſi non remittit: non tñ
creſcit. Eſtq; hoc ut nō optimū: ſic tñ ſecundum remedij tempus. Quod ſi uires ægri
patiuntur: ſanguis quoq;. mitti debet. Nec minus deliberari poteſt: an aluus ducen-
da ſit. tum interpoſito die conuenit caput ad cutē tondere: deinde aqua fouere i aqua
uerbenæ aliquæ decoctæ ſint uel ex reprimentibus: aut prius fouere deide tondere &
iterum fouere: ac nouiſſime roſa caput nareſq; implere: offerre etiā naribus rutam: ex
aceto cōtritā: mouere ſternutamēta medicamētis in id efficacib9. Quæ tñ faciēda ſūt
in his: quibus uires nō deſunt. Si uero imbecillitas eſt: roſa tm̄ caput adiecto ſerpillo:
ſimiliq; aliquo maleſaciendū eſt. Vtiles etiam in quibuſcunq; uiribus herbæ duæ ſūt:
ſolanum & muralis. ſimul ex vtraq; ſucco expreſſo caput impleatur. cum ſe febris re-
miſerit frictione vtendum eſt. parcius tñ in his qui nimis hilares quā in his qui nimis
triſtes ſunt. Aduerſus omnium āt ſic inſanientiū animos gerere ſe pro cuiuſq; natura
neceſſariū ē. Quorundā enim uani metus lauandi ſunt: ſicut in homine ꝑdiuitæ famē
timēte icidit: cui ſubīde falſæ hereditates nūciabāt. quorūdā audacia coercēda ē: ſicut
i his fit: in quibus cōtinendis plagæ quoq; adhibent, quorundā ēt itēpeſtiuus riſus &

Lege. maxīe
furiendo

obiurgatiõe & minis prohibẽdus ẽ. quorundã discutiẽda tristes cogitationes. Adqđ symphoniæ & cymbala: strepitusq; ꝓficiũt. Sæpius tñ assẽtiendũ: quã repugnãdũ ẽ. paulatimq; & nõ cuidẽter ab his: quæ stulte dicent ad meliora mens eius abducenda ẽ. Interdũ ẽt elicienda ipsius intẽtio: vt fit in hominibus studiosis litteraꝝ; quibus liber legit: aut recte si delectant: aut ꝓperã: si id ipsũ eos offendit. Emẽdãdo enim cõuerte re aium incipiũt. Quin ẽt recitare si qua meminerũt: cogendi sunt: Ad cibum quoq; quosdã nõ desiderantes reduxerũt hi: qui inter epulãtes eos collocauerũt. Omnibus vero sic affectis somnus & difficilis & ꝑcipue necessarius ẽ. Sub hoc.n. pleriq; sanescũt Prodest ad id atq; ẽt ad mentẽ ipsã cõponendam crocinũ vnguentum cum mirino in caput datũ. Si nihilominus vigilãt hi: quidã somnũ moliunt potui dãdo aquã: i qua papauer: aut hyoscyamos decocta sit: alij mãdragoræ mala puluino subijciunt. alij vel amonũ: vel sicamini lachrymã frõti inducunt. Hoc nomẽ apud medicos reperio. Sed cũ græci moꝝ sicamynõ appellãt: mori nulla lacrima est. sic vero significat lacrima arboris in egypto nascẽtis: q̃ ibi morosicõ appellãt. Plurimi decoctis papaueris corticibus ex ea aqua subinde spõgia os & caput fouẽt: asclepiades ea supuacua esse dixit qñ i letargũ sæpe cõuerterẽt. Præcipit ãt vt primo die a cibo: potione: somno abstineret: vespere ei daret potui aqua: tunc frictio admoueretur lenis ita vt ne manum quidem qui fricaret: vehementer imprimeret: postero deinde de hisdem oibus factis vespere ei daret sorbitio & aqua: rursusq; frictio adhiberet. Per hãc.n. nos cõsecuturos: vt somnus accedat. Id ĩterdũ fit & qdẽ adeo: vt illo cõfitẽte nimia frictio ẽt lethargi piculum afferat. Sed si sic somnus nõ accessit. tũ demũ illis medicamẽtis accersendus ẽ: habita scilicet eadẽ moderatiõe: quæ hic quoq; necessaria ẽ: ne quẽ obdormire volumus excitare postea nõ possumus. Cõfert ẽt aliquid ad somnũ silanus iuxta cadẽs: vel gestatio post cibũ & noctu: maxĩeq; suspẽsi lecti motus. Neq; alienũ est: si neq; sanguis ante missus ẽ: neq; mens cõstat: neq; somnus accedit: occipitio inciso cucurbitulã admouere. Quę quia leuat morbũ: pót ẽt somnũ facere. Moderatio ãt in cibo quoq; adhibẽda ẽ. Nam neq; implẽdus æger ẽ: ne insaniat. neq; ieiunio vtiq; vexãdus ẽ: ne imbecillitate in cardia cũ icidat. Opus est ãt cibo infirmo: maxĩeq; sorbitione: potione aquæ mulsæ. cuiꝰ ternos cyathos bis hyeme: quater æstate dedisse satis est. Alterũ genus insaniæ ẽ: qđ spatiũ lõgius recipit: quia fere sine febre ĩcipit: leues deide febriculas excitat & cõsistiti tristitia: quã uidet bilis atra cõtrahere. In hac vtilis detractio sanguinis ẽ. Si qd hãc ꝓhibet: prima ẽ abstinẽtia: secũda ꝑ albũ veratrũ: vomitũq; purgatio. post vtrumlibet adhibẽda bis die frictio ẽ. Si magis valet frequens ẽt exercitatio. In ieiuno vomitus: cibus sine vino dãdus ex media materia ẽ: Quã quoticns posuero: scire licet ẽt ex infirmissima dari posse: dũ ne ea sola quis vtat: valẽtissima tãtũmodo esse remouẽda. ꝑter hæc seruãda aluus ẽ quã tenerrima. remouẽdi terrores: & potius bona spes afferenda. quæ rẽda delectatio ex fabulis ludisq; qbus maxime capi sanus assueuerat. Laudãda si qua sũt ipsius opera & ante oculos eius ponẽda. Leuiter obiurganda vana tristicia. Subide admonendus i his ipsis rebus: q̃ solicitãt: cur nõ potius letitiæ: quã solicitudinis causa sit: Si febris quoq; accessit: sicut aliæ febres curanda ẽ. Tertiũ insaniæ genus ẽ ex his lõgissimũ adeo vt vitã ipsã nõ impediat. quod robusti corporis esse consueuit. Huius ãt ipsius species duæ sunt. Nã quidã imaginibus: non mẽte fallũt. qualẽ insanientẽ Aiacem vel Orestẽ poetaꝝ; fabulæ ferũt. quidã animo desipiunt. Si imagines fallũt: ante oĩa uidẽdũ ẽ: tristes an hilares sint. In tristitia nigrũ veratrũ deiectionis causa: in hilaritate albũ ad vomitum excitandũ dari debet. Idq; si in potione non accepit: pani adiiciendum ẽ: quo facilius fallat. Nã si bene se purgauerit: ex magna parte morbũ leua-

bit. Ergo ēt si semel datum veratrū parū profecerit: interposito tempore iterum dari debet. Neq; ignorare oportet: leuiorē esse morbū cum risu: quā serio insaniētiū. illud quoq; perpetuū est in oibus morbis: vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est: ventræm eius ante soluēdū esse: vbi a superiore: cōprimendū. Si vero cōsiliū insaniētē fallit: tormentis quibusdam optime curatur. Vbi perperā aliquid dixit aut fecit: fame: vinculis: plagis coercēdus est. Cogendus est & attendere & edisscere aliquid & meminisse. Sic enim fiet vt paulatim metu cogat cōsiderare qd faciat. Subito etiam terreri & expauescere in hoc morbo ꝑdest. Et fere quicquid animū vehementer ꝑturbat. Pōt enim quædā fieri mutatio: cū ab eo statu mens i quo fuerat: abducta est. Interest etiā si ipse sine causa subīde rideat: an met9 dimissisq; sit. nā demēs hilaritas terroribus his: de qbus supra dixi: melius curat. si nimia tristitia ē: prodest lenis sed multa bis die frictio. Itē ꝑ caput aqua frigida infusa: demissūq; corpus in aquā & oleum. Illa cōmunia sūt: insanientes vehementer exerceri debere. multa frictione vti: neq; pīguem carnem: neq; vinū assumere. cibis vti post purgationē ex media materia quam leuissimis. nō oportere esse uel solos uel inter ignotos: uel inter eos quos: aut contemnant: aut negligant. mutare debere regiones: & si mens redit: annua peregrinatiōe eē iactandos. Raro: sed aliquādo tñ: ex metu deliriū nascitur. Quod genus insaniētiū specie similiq; uictus genere curandum est. prætereq; quod in hoc insanie genere solo recte uinū datur.

¶ Cardiaci morbi curatio. Caput. xix.

Vic morbo præcipue contrariū est id genus: quod cardiacū a græcis nomina
h tur: quāuis sæpe ad eū phrenetici transeūt. Si quidē mens in illis labat in hoc cōstat. Id āt nihil aliud ē quā nimia imbecillitas corporis. qd stomacho lāguente imodico sudore digerit. Licetq; ꝑtinus scire id esse: ubi uenarū exigui: imbecilliq; pulsus sunt. Sudor āt supra cōsuetudinē & modo & tēpore ex toto thorace & cerui cibus atq; ēt capite ꝓrumpit: pedibus tantūmodo & cruribus siccioribus atq; frigentibus. At ubi id morbi genus ē: curatio prima est: supra præcordia īponere quæ reprimāt cataplasmata. secūda: sudorē ꝓhibere. Id pstat acerbū oleū uel rosa uel melinum aut myrteū. Quoq; aliquo corpus leuiter perungendū: cæratūq; ex aliquo horum tū imponendū est. Si sudor uincit: delinendus homo est uel gypso uel argēti spuma: uel cimolia creta: uel etiā subinde hoq; puluere respergendus. Idē præstat puluis ex cōtritis aridi myrti uel rubi foliis: aut ex austeri: & boni uini arida fece. Pluraq; similia sunt: quæ si desūt: satis utilis ē qlibet ex uia puluis iniectus. Super hæc uero quo minus corpus insudet: leui veste debet eē contectus loco nō calido: fenestris patentibus sic: ut ꝑflatus quoq; aliquis accedat. Tertiū auxiliū ē ībecillitati iacētis uino ciboq; succurrere. Cibus non multus qdē: sed sæpe tñ nocte ac die dādus ē: ut nutriat neq; oneret. Is esse debet ex infirmissima materia & stomaco aptus. Nisi āt necesse ē: ad unum festinare nō oportet. Si uerendū ē: ne deficiat: tū & in trita ex hoc & hoc ipsū austerum quidem sed tñ tenue meracū. Egelidū subinde & liberaliter dandū ē adiecta polēta: si modo is æger parū cibi assumit. Idq; uinū esse debet neq; nullaq; uiriū: neq; ingentium: recteq; tota die ac nocte uel tres heminas æger bibet. Si uastius corpus ē: plus etiā. Si cibum nō accipit: perunctū ante perfūdere aqua frigida cōuenit: & tū dare. Quod si stomachus resolut9 parū cōtiet: & ante cibū & post eū: spōte uomere oportet: rursusq; post uomitū: cibū: sumere. Si ne id quidē māserit: sorbere uini cyathū: īterpositaq; hora sumere alterū. si id quoq; stomachus reddiderit: totū corpus bulbis cōtritis sup illinēdū ē. Qui ubi inaruerūt: efficiūt: ut uinū i stomacho contineat: exq; eo toti corpori calor uēisq; uis redeat. Vltimū auxiliū ē: i aluū ptisānæ vel alicæ cremorē ex iferiorib9 ꝓtib9

indere si quidē id quoq; vires tuetur. Neq; alienum est: naribus quoq; æstuantis admouere quod reficiat: idest rosā & vinū. Et si qua in extremis partibus frigēt: vnctis & calidis manibus fouere. Per quæ si cōsequi potuimus: vt & sudoris impetus minuatur & vita prorogetur: incipit iam tempus ipsum esse præsidio. Vbi in tuto esse videtur: verendum tn̄ est: ne ad eandē imbecillitatem cito recidat. Itaq; vino tātum remoto: quotidie validorem cibum debet assumere donec satis viriū corpori redeat.

¶De lethargo & eius curatione. Caput. xx.

Alter quoq; morbus est aliter phrenetico contrarius. In illo difficilis somnus: prompta ad omnē audaciā mens est. At in hormarcor & inexpugnabilis pene dormiēdi necessitas: lethargū græci nominant. atq; id quoq; gēus acutum ē: & nisi succuritur celeriter iugulat. Hos ægros quidā subinde excitare nituntur admotis his quæ per sternutamēta euocantur: & his quæ odore fœdo mouent. qualis ē pix cruda: lana sucida: piper: veratrum: castoreum: acetum: allium: cepa: iuxta etiam galbanū incendūt: aut pilos. aut cornu ceruinū. Si nō est: quodlibet aliud. Hæc enim cū cōburuntur. odorē fœdū mouent. Tharrias vero quidā accessionis esse id malū dixit: leuariq; cū ea decessit. Itaq; eos qui subinde excitāt sine vsu. male habere. Interest autē in decessione expergiscatur æger: an cū febris non leuetur: aut leuata quoq; ea somnus vrgeat. Nā si expergiscit: adhibere ei vt sopito superuacuū ē. Neq; enim vigilando melior fit. sed per se: si melior ē: vigilat. Si uero cōtinens ei somnus ē: vtiq; excitandus est. sed his tēporibus quibus febris leuissima ē: vt & excernat aliquid & sumat. Excitat āt valedissime: repente aqua frigida infusa post remissionē. Itaq; perunctum oleo multo corpus tribus aut quattor amphoris totū p caput pfundendū est. Sed hoc vtemur: si æqualis ægro spiritus erit: si mollia p̄cordia. Sin aliter hęc erūt: ea poriora: q̄ supra cō præhēsa sūt. Et quod ad somnū quidē ptinet: cōmodissima hæc rō ē. Medēdi āt causa caput radēdū: deinde postea fouēdū est aqua: in qua laurus aut ruta decocta sit. Altero die īponendū cataplasma ex aceto cōtrita: aut lauri baccæ: aut hedra cū rosa & aceto. Præcipueq; pficit & ad excitandū hoiem naribus ad motū & ad morbū ipsū depellendum capiti frōtiue impositū sinapi: Gestatio ēt in hoc morbo prodest: maxieq; oportune cibus datus idest in remissione quanta maxime inueniri poterit: Aptissima āt sorbitio ē donec morbus decrescere īcipiat: sic vt si quottidie grauis accessio est: hæc quottidie detur. Si alternis: post grauiorē: sorbitio: post leuiorē: mulsa aqua. Vinū quoq; cū tempestiuo cibo datū nō mediocriter adiuuat. Quod si post lōgas febres eiusmodi torpor corpori accessit: cætera eadē seruāda sūt. Ante accessionē āt trib9 q̄tuorue horis castoreū: si vēter astrictus ē: mixtū cū scamōea. si non ē: p se ipsū cū aqua dādū ē. Si p̄cordia mollia sūt: cibis vtēdū ē pleniorib9. Si dura: in hisdē sorbitionibus subsistendum imponendumq; ē præcordijs quod simul & reprimat & emolliat.

¶De aqua inter cutem hoc ē hydropico morbo. Caput. xxi.

Sed his quidē acutus ē morbus. Lōgus vero fieri pōt eorum: quos aqua iter cutem male habet: nisi primis diebus discussus ē: hydropa græci uocant. Atq; eius tres species sunt. Nam modo ventre uehemēter intento creber intus ex motu spiritus sonus est. Modo corpus inæquale ē: tumorib9 aliter aliterq; p totum id orientibus. Modo intus in unū aqua contrahitur: & moto corpore ita mouetur ut impetus eius cōspici possit. Primum timpanitem: secundum leucophlegmatian uel yposarca. Tertium asciten græci nominant. Communis tn̄ ē humoris nimia abundātia. ob quam ne ulcera quidē in his ægris facile sanescūt. Sæpe uero hoc malum per se incipit. Sæpe alteri uetusto morbo. maximeq; quartanæ superuenit. Facilius i seruis:

i Ocineris ãt uulnerati notæ ſunt: multus ſub dextra pte præcordiorũ pfuſus ſanguis. ad ſpinam reducta præcordia in uentrem cubandi dulcedo. pũctiões doloreſq; uſq; ad iugulum: iunctumq; ei latus ſcapularum. os intentũ. Quibus nonnunq̃ ẽt bilioſus uomitus accedit.

¶ Signa percuſſorum renium.

r Enibus uero percuſſis: dolor ad inguina teſticuloſq; deſcendit: difficulter urina redditur: eaq; aut eſt cruenta: aut cruor fertur.

¶ Signa uulnerati lienis.

a T liene icto ſanguis niger a ſiniſtra parte prorumpit præcordia cum uentriculo ab eadem parte indureſcunt. ſitis ingens oritur. dolor ad iugulum: ſicut iocinere uulnerato uenit.

¶ Signa percuſſæ uuluæ.

a T cũ uulua percuſſa eſt: dolor inguinibus & coxis femoribus eſt. Sanguinis pars per uulnus: pars per naturale deſcendit. uomitus bilis inſequitur. Quædam obmuteſcunt. q̃dam mente labũtur. quædam ſui compotes: neruorum oculorumq; dolore urgeri ſe confitentur. morienteſq; tãdẽ q̃ corde uulnerato patiũt.

¶ Signa percuſſi cerebri uel mẽbranæ eius.

ſ In cerebrum mẽbranaue eius uulnus accepit: ſanguis per nares quibuſdam ẽt per aures exit: fereq; bilis uomitus inſequitur. Quorũdam ſenſus obtundũ tur: appellatiq; ignorant. Quorundã trux uultus eſt quorũdam oculi quaſi reſoluti huc atq; illuc mouentur. Fereq; tertio uel quinto die delirium accedit. Multorum ẽt nerui diſtenduntur. Ante mortem ãt pleriq; faſcias quibus caput deligatum ẽ. lacerant: ac nudum uulnus frigori obijciunt.

¶ Signa percuſſi ſtomachi.

u Bi ſtomachus ãt percuſſus eſt. ſingultus & bilis uomitus inſequitur. Si quid cibi uel potionis aſſumptum eſt: ea redditur cito. Venarum motus elangueſcunt. ſudores tenues oriunt̃: p quos extremæ partes frigeſcunt.

¶ Signa ieiuni inteſtini & uentriculi uulnerati. & aliorum inteſtinorum.

c Ommunes uero ieiuni inteſtini & uentriculi uulnerati noræ ſunt. Nam cibus & potio per uulnus exeunt. præcordia indureſcunt. Nõ unq̃ bilis p os reddit̃:

Inteſtino tm̃ ſedes inferior eſt. Cætera. iteſtina icta vel ſtercus vel odorẽ eius exibent.

¶Signa percuſſæ medullæ quæ in ſpina eſt.

m Edulle vero quæ in ſpina eſt diſcuſſa: nerui reſoluuntur. aut diſtenduntur. ſen ſus intercidit. interpoſito tempore aliquo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen vel vrinam vel ẽt ſtercus excernunt.

¶Signa ſepti tranſuerſi percuſſi.

a T ſi ſeptimũ tranſuerſum percuſſum eſt: p̃cordia ſurſum contrahuntur: ſpina dolet: ſpiritus rarus eſt: ſanguis ſpumans fertur.

¶Signa veſicæ vulneratæ.

u Eſica vero vulnerata dolent inguina. Quod ſuper pubem eſt: intenditur. pro vrina ſanguis: aut ex ip̃o vulnere urina deſcendit. ſtomacus afficitur. Itaq; aut bilẽ vomunt: aut ſingultiunt: frigus: & ex eo mors ſequitur.

¶De ſanguie & ſanie & pure & eoꝝ ſpẽbus quãdoq; meliora: deteriorae ſint.

h Is cognitis ẽt nũc quædã alia noſcẽda ſunt ad oĩa uulnera ulceraq;: de quibus dicturi ſumus: pertinẽtia. Ex his ãt exit: ſanguis: ſanies: pus. Sanguis oibus notus eſt. Sanies eſt tenuior hoc: uarie craſſa & glutioſa & colorata. Pus craſſiſſimũ abiſſimũq; glutioſius & ſãguie & ſãie. Exit ãt ſãguis ex vulnere recẽti: aut iã ſa neſcẽte: Sanies eſt iter vtrumq; tẽpus. Pus ex ulcere iã ad ſanitatẽ ſpectãte. Rurſus & ſanies & pus quaſdã ſpẽs græcis noĩbus diſtictas hẽt. Eſt enĩ quædã ſanies quæ vel hydrops vel melitera noĩat. Eſt pus qd elæodes appellat. Hydrops tẽuis: ſubalbidus ex malo vlcere exit: maxieq; vbi neruo læſo iflammatio ſecuta eſt. Melitera craſſior & glutinoſior ſubalbida melliq; albo ſubſimilis fertur. Hæc quoq; ex malis hulceribus vbi nerui circa articulos læſi ſunt & iter hæc loca maxie ex genibus. Elæodes tenue ſub albidũ quaſi unctũ colore atq; piguitudine: oleo albo nõ diſſimile apparet in magnis vlceribus ſaneſcentibus. Malus ãt ẽ ſanguis nimiũ aut tenuis aut craſſus: colore uel liuidus uel niger: aut pituita mixtus: aut uarius. Optimus calidus: rubens. modice craſſus: nõ glutinoſus. Itaq; ptinus eius uulneris expedita magis curatio ẽ: ex quo ſãguis bonus fluxit. Itẽq; poſtea ſpes ĩ his maior ẽ: ex quibus melioris generis quæq; pueniunt Sanies igit mala ẽ multa: nimis tẽuis: liuida: aut pallida: aut nigra: aut glutinoſa aut malis odoris: aut quæ & ip̃m ulcus & iunctã ei cutẽ erodit. Melior nõ multa modice craſſa: ſubrubicũda aut ſubalbida. Hydrops ãt peior ẽ multus: craſſus: ſubliuidus: aut ſubpallidus: glutinoſus ater: calidus: mali odoris. Tolerabilior ẽ ſubalbidus q cætera oĩa cõtraria prioribus habet. Melitera ãt mala ẽ multa & pcraſſa. melior q̃ & tenuior & minus copioſa ẽ. Pus iter hæc optimũ ẽ. Sed id quoq; peius ẽ: multũ: tẽue: dilutũ: magiſq; ſi ab initio tale ẽ. Itẽq; ſi colore fero ſimile: ſi pallidũ: ſi liuidũ: ſi feculẽtũ eſt. Præter hæc ſi male olet: niſi tm̃ locus hũc odorẽ excitat. Melius ẽ: quo minus ẽ quo: craſſius: quo albidius. Itemq; ſi leue eſt: ſi nihil olet: ſi æquale eſt. modo tamen conuenire & magnitudini uulneris & tempori debet. Nam plus ex maiore: plus non dũ ſolutis inflãmationibus naturaliter fertur. Elæodes quoq; peius eſt multũ: & paꝝ pingue. quo minus ẽt quoq; idipſũ pinguis eo melius eſt.

¶Curatio aduerſus profuſionem ſanguinis in uulneribus.

q Vibus exploratis ubi aliquis ictus ẽ: q ſeruari põt: ptinus pſpiciẽda duo ſũt ne ſanguinis pfuſio: neue iflãmatio iterumat. Si pfuſionẽ timemus: qd ex ſede uulneris & magnitudine eius & ex ipetu ruẽtis ſanguis itelligi põt: ſiccis linamẽtis uulnus iplẽdũ ẽ. ſupraq; iponẽda ſpõgia ex aq̃ frigida expſſa: ac manu ſup cõ

primẽda. Si parũ ſic ſanguis cõquieſcit: ſæpius linamẽta mutanda ſunt. Et ſicca parũ valẽt. aceto madefaciẽda ſunt. id vehemẽs ad ſanguinẽ ſupprimẽdũ ẽ. ideoq; quidã id vulneri infundũt. Sed alius rurſus metus ſubeſt: ne nimis valenter ibi retenta materia magnã iflãmationẽ poſtea moueat. Quæ res efficit neq; rodentibus medicamẽtis: neq; adurẽtibus: & ob id ipſũ iducẽtibus cruſtã: ſit vtẽdũ quãuis pleraq; ex his ſanguinẽ ſupprimũt. Sed ſi ſemel ad ea decurrit̃ potiuſq; mitius idem efficiunt. Quod ſi illa quoq; ꝓfluuio vincũt̃. venæ q̃ ſanguinẽ fundũt apꝑhendẽdæ: circaq; id q̃d̃ ictũ ẽ: duobus locis deligãdæ intercidẽdæq; ſũt vt & i ſe ipſe coeãt & nihilominus ora ꝑcluſa hẽant. Vbi ne id q̃dẽ res patit̃: poſſũt ferro cãdẽti aduri. Sed ẽt ſatis multo ſãguine effuſo ex eo loco: quo neq; neruꝰ: neq; muſculus: ẽ vt puta i frõte vel ſupiore capitis pte. cõmodiſſimũ tñ ẽ cucurbitulũ admouere a diuerſa pte: vt illuc ſanguinis curſus reuocet̃

¶ Curationes aduerſus vulnerũ inflãmationem. i

T aduerſus ꝓfuſionẽ q̃dẽ i his auxiliũ ẽ. Aduerſus iflãmationẽ ãt i ipſo ſãguc nis curſu ea timeri põt: vbi læſũ ẽ vel os. vel neruꝰ vel cartilago: vel muſculus aut vbi parũ ſãguinis ꝓ mõ vulneris fluxit. Ergo quotiẽs q̃d tale erit: ſãguinẽ mature ſupprimere non oportebit: ſed pati fluere dũ tutũ erit: adeo vt ſi parũ fluxiſſe videbit̃: mitti quoq; ex brachio debeat: vtiq; ſi corpus iuuenile & robuſtũ & exercitatũ eſt: multoq; magis ſi id vulnus ebrietas ꝑceſſit. Quod ſi muſculus læſus videbitur præcidendus erit. Nam percuſſus mortiferus eſt: præciſus ſanitatem recipit.

¶ De glutinatione vulnerum.

A nguine ãt vel ſuppreſſo: ſi nimius erũpit: vel exhauſto: ſi ꝑ ſe paꝛ fluxit: lõge optimũ ẽ: vulnus glutinari. Põt ãt id vel q̃d̃ in cute uel ẽt in carne eſt: ſi nihil ei ꝑterea mali accedit. Põt caro alia pte depẽdẽs: alia inhærẽs: ſi tñ ẽt nũ integra ẽ cõiunctione corporis ſouet̃. In his vero q̃ glutinant̃ duplex curatio ẽ. Nam ſi plaga i molli pte: ſui debet: maxieq; ſi diſci ſſa auris ima ẽ: vel imus naſus: vel frons: vel bucca: vel. palpebra: vel labrũ: vel circa guttur cutis vel vẽter: Si vero i carne vulnus ẽ hiatq; neq; i vnũ oræ facile attrahũt̃: futura quidẽ aliena ẽ. Imponẽdæ vero fibulę ſũt. anc̃teras græci noiant. quæ oras: paulũ tñ: cõtrahunt: quo minus lata poſtea cicatrix ſit. Ex his ãt colligi põt: id quoq; q̃d̃ alia pte depẽdẽs: alia: ihærebit: ſi alienatũ adhuc nõ ẽ: futurã an fibulã poſtulet. Ex quibus neutra ante debet ipõi: quã itus vulnus purgatũ ẽ: ne q̃d ibi cõcreti ſãguinis relinquat̃. Id enĩ & i pus uertitur: & iflãmationẽ mouet: & glutinari vulnus ꝓhibet. Ne linamẽtũ quidẽ: q̃d̃ ſupprimẽdi ſanguis cauſa inditũ ẽ: inibi relinquẽdũ ẽ. Nã id quoq; inflãmat. Cõprahẽdi vero futura vel fibula nõ cutẽ tm̃: ſed aliq̃d ẽt ex carne. vbi ſuberit hæc: oportebit: quo valẽtius hæreat: neq; cutẽ abrũpat. V traq; optima ẽ ex acia molli nõ nimis torta: quo mitius corpi iſidat. V traq; neq; nimis rara. neq; nimis crebra initiãda ẽ. Si nimis rara ẽ: nõ cõtinet. Si nimis crebra ẽ: vehemẽter afficit. qa quo ſæpius acus corpus trãſiuit: quoq; plura loca iniectũ viculũ mordet: eo maiores iflãmatiões oriũt̃: magiſq; æſtate. Neutra ẽt vi vllã deſiderat. Sed eatẽus vtilis ẽ. q̃ cutis ducẽtẽ q̃ſi ſua ſpõte ſubſeq̃t̃. Fere tñ fibulę latiꝰ vulnꝰ eẽ patiũt̃. Sutura oras iũgit. q̃ ne ipſe q̃dẽ iter ſe cõtigere ex toto debẽt: vt ſi q̃d itus hũoris cõcreuerit: ſit qa emanet. Si quod vulnus neutrũ horꝛ recipit: id tñ purgari debet: deide oĩ vulneri prio iponẽda ẽ ſpõgia ex aceto exꝑſſa. ſi ſuſtinere aliqs aceti vi nõ põt vino vtẽdũ ẽ. Leuis plaga iuuat̃ ẽt ſi ex aq̃ frigida exꝑſſa ſpõgia ponit̃. Sed ea quocũ q; mõ ipoſita ẽ: dũ madet: ꝓdeſt. itaq;: vt ihæreſcat: nõ ẽ cõmittẽdũ. Licetq; ſine pegrinis & cõquiſitis & cõpoſitis medicamẽtis vulnus curare. Sed ſi qs huic parũ confidit:

ponere medicamētū debet. quod sine seuo cōpositum sit ex his: quæ cruētis vulneribus apta eē ꝓposui. Maxieqꝫ si caro ē: barbaꝫ. si nerui: vel carthilago vel aliqd eminentibus: q̄les aures: vel labra sūt. Polybi sphragidē. Alexandrinū quoqꝫ viride neruis idoneū ē. eminētibusqꝫ ptibus ea: quā græci rhaptusā vocāt. Solet ēt colliso corpe exigua pte findi cutis. Quod vbi icidit: nō alienū est: scalpello latius aperire: nisi musculi: neruiqꝫ iuxta sint: quos icidi nō expedit. Vbi satis diductū ē: medicamētū ipōnēdū est. At si id quod collisū ē: quāuis paꝫ diductū ē latius tñ apiri ꝑ neruos aut musculos nō licet adhibēda sūt ea: quæ humorē leniter extrahant: præcipueqꝫ ex his id quod rhypodes vocari proposui. Non alienum est ēt vbicunqꝫ vulnus graue est: impositū: quo id iuuet insuper circundare lanā succidā ex aceto & oleo. Vel cataplasma: si mollis is locus est: quod leniter reprimat. Si neruosus aut musculosus: qd emolliat.

¶ Quo modo vulnus ligari cōueniat.

f Ascia vero ad vulnus deligādū lintea aptissima ē eaqꝫ lata debet vt semel iecta nō vulnus tm̄: sed paulū vtriuqꝫ ēt oras eius cōprehendat. Si ab altera pte caro magis recessit: ab ea melius attrahit. Si æque ab vtraqꝫ trāsuersa cōprehēdere oras debet. aut si id vulneris rō nō patit: media primū inijcienda ē: vt tū in vtrāqꝫ partē ducat. Sic āt deligāda ē. vt & cōtineat neqꝫ astringat. Quod nō cōtinet: elabit. Quod nimis astrictū ē: cācro piclitat. Hyeme sæpius fascia circuire debet æstate quo tiēs necesse ē. tū extrema ps eius iferioribus acu assuēda ē. Nā nodus vulcus lædit: nisi tñ lōge ē. Illo neminē decipi decet ut ꝓpriā uiscerū curationē reqrat: de qbus supra posui. Nā plaga ipsa curāda extrīsecus uel futura uel alio medicinæ genere ē. In uiscēribus nihil mouēdū ē: nisi aut si quid iocinere: aut liene: aut pulmone duntaxat extremo dependat: præcidatur. Alioquin uulnus iterius ea uictus ratio eaqꝫ medicamenta sanabunt: quæ uisceri conuenire superiore libro proposui.

¶ De ratione uictus: & notis uulnerum curationibusqꝫ eorum.

h Is ita primo die ordinatis homo ī lecto collocādus ē: isqꝫ si graue uulnus ē: abstinere quātū uires patiūt ante inflāmationē a cibo debet. bibere donec sitim finiat aquā calidā. uel si æstas ē: neqꝫ febris neqꝫ dolor ē: ēt frigidā. Adeo tñ nihil ꝑpetuū est. Sed semp ꝓ uiribus corpis æstimādū. ut ibecillitas ēt cibū ꝓtinus facere necessariū possit: tenuē scilicet & exiguū: qui tñ sustineat. Multiqꝫ ēt ex ꝓfluuio sāguinis iter morientes: ante ullā curationē uio reficiēdi sūt. qd alioqn inimicissimum uulneri ē. Nimis uero intūescere uulnus: piculosū: nihil intūescere: piculosissimū ē. Illud indiciū ē magne inflāmatiōis: hoc emortui corpis. Protinusqꝫ si mēs homini cōsistit: si nulla febris accessit: scire licet: mature uulnus sanū fore. Ac ne febris qdē terrere debet: si i magno uulnere: dū iflāmatio ē: ꝑmanet. illa pnicioſa ē: q̄ uel leui uuleri supuenit. uel ultra tēpus iflāmationis durat: uel deliriū mouet: uel si neruoꝝ rigor: aut distētio: quæ ex uulnere orta ē: eā non finit. Vomitus quoqꝫ bilioſus nō uolūtarius: uel ꝓtius ut ꝑcussus ē aliquis: uel dū iflāmatio manet: malū signū ē: i his dūtaxat: quoꝝ uel nerui uel ēt neruosi loci uulnerati sūt. Spōte tñ uomere nō alienū ē: præcipue his: qbus ī cōsuetudīe fuit. sed neqꝫ ꝓtinus post cibū: neqꝫ iā iflmatiōe orta: neqꝫ cū in superioribus ptibus plaga est. Biduo sic uulnere habito: tertio die id aperiēdū. detergēdaqꝫ sanies ex aqua frigida ē. eadēqꝫ rursus iniciēda sunt. Quinto iā die quāta iflāmatio futura ē. se ostēdit. Quo die rursus detecto uulnere cōsiderādus color est. Quod si liuidus aut pallidus aut uarius aut niger ē. scire licet malū uulnꝰ eē. Idqꝫ quādocūqꝫ aiad uersū est terrere nos pōt. Albū aut rubicundū esse ulcus. cōmodissimū ē. Itē cutis du-

ra: crassa. dolens: piculū ostendit. Bona signa sunt vbi hæc sine dolore tenuis & mollis ē. Sed si glutinatur vulnus: aut leniter intumuit: eadē sūt iponēda: quę primo fuerūt. Si grauis iflāmatio est: neq; glutinādi spes ē: eaq; pus moueāt: aquæ quoq; calidæ necessarius vsus ē: vt & materiā digerat & duritiā emolliat & pus citet. Ea sic tēperāda ē: vt & manu cōtingēti iucūda sit. usq; eo adhibēda donec aliquid ex tumore minuisse: colorēq; vlceri magis naturalē reddidisse videat. maxieq; si grāde vulnus ē: tetrapharmacū. si in articulis: digitis: locis cartilaginosis: rhypodes. Post id fomētū si lata plaga nō patet: iponi ꝑtinus emplastrū debet: & si latius hyat: illud emplastrum liquari ex irino vnguento oportet. eoq; illita linamenta disponi ꝑ plagā. deinde emplastrū supra dari: & sup id succidam lanā minusq; etiā: quam primo fasciæ astringendæ sunt.

¶ Curationes propriæ articulorum.

p Ropriæ quædā i articulis visēda sūt. i qbus si præcisi nerui sūt: q cōtinebāt: debilitas eius ptis sequit. Si id dubiū est & ex acuto telo plaga ē: ea trāsuersa cōmodior ē. si retuso & graui ē: nullū in figura discrimen ē. At uisendū ē pus supra articulū: an infra nascat. Si sub eo nascit: albūq; & crassū diu fert: neruū ꝑcisū esse credibile ē. Magis quoq; maiores dolores iflāmationesq; quo maturius excitatæ sūt. Quāuis āt nō abscissus neruus ē: tn̄ si circa tumor durus diu ꝑmanet: necesse ē & diuturnū: vlcus eē: & sano quoq; eo tumorē ꝑmanere. futurūq; ē: vt tarde mēbrū id extendat vel cōtrahat. Maior tn̄ in extēdēdo mora ē: vbi recuruato articulo curatio adhibita ē: quā in recuruādo eo: quod rectū cōtinuerimus. Collocari quoq; mēbrū: qd ictū ē rōne certa debet. Si glutinādū ē: vt supius sit. si iflāmatione ē: vt i neutrā ptē iclinatū sit. Si iā pus ꝑfluit: vt deuexū sit. Optimū ēt medicamētū quies ē: moueri & ābulare nisi sanis alienū ē. Minus tn̄ his est piculosū: qui i capite vel brachijs: quā qui inferioribus ptibus vulnerati sūt. Minimeq; ambulatio cōuenit: fœminæ: aut crure: aut pede. laborāte. Locus in quo cubabit: tepidus eē debebit. Balneū quoq; dum paꝛ vulnꝰ purū est: iter res infestissimas ē. Nā id & hūidum & sordidū reddit. ex quibus ad cācrum trāsitus eē cōsueuit. Leuis frictio recte adhibet: sed his ptibꝰ q̄ lōgius absūta a vulnere.

¶ Vulnus quomodo purgandum est.

i Nflāmatione finita vulnus purgandum est. Id optime faciunt tincta i melle linamēta: supraq; id: emplastrū: uel enepharmacū dādum est. Tum demum vero parū vulcus ē: cū rubet: ac nimiū neq; siccum neq; hūidum est: ac quodcunq; sensu caret: qd non naturaliter sentit: quod nimiū aut aridum aut hūidum est. Quod aut pallidum aut albidum aut liuidū aut nigrum est: id purum non est.

¶ Quomodo vulnus implendum est.

p Vrgato sequit vt ipleat: iāq; calida aqua eatēus necessaria ē: vt sanies remoueatur. Lanæ sucidæ supuacuus vsus ē. Lota melius circūdat. Ad iplēdū āt vulnus ꝑficiūt qdē ēt medicamēta aliq̄. Itaq; ea adhiberi nō alienū ē: vt butyrum cū rosa: exigua mellis pte aut cū eadē pte: aut cū eadē rosa tetrapharmacū. aut ex rosa linamēta. Plus tn̄ ꝑficit balneū rarū. Cibi bōi succi: vitatis oibus acribus: sed iā plenioribus. Nā & auis & venatio & suilla elixa dari pōt: Vinū oibꝰ dū febris: dū iflāmatio ē: alienū ē. Itēq; vsq; ad cicatricē: si nerui: masculiue vulnerati sunt: ēt si alte caro: aut si plaga i sūma cute generis tutioris ē: pōt nō ꝑ uetus: modice tn̄ datū ad iplendū quoq; ꝑficere. Si quid molliēdū ē: qd i neruosis locis musculosisq; necessariū ē: cærato quoq; sup vulnus vtēdū ē. Ac si caro sup creuit: modice reprimit siccū linamētū: vehemētiꝰ squama æris. Si plus est qd tolli opus ē: adhibēda sūt ēt nū vehemētiora q̄ corpus exe

dunt. Cicatricem post oia hæc commode inducit licium ex passo aut lacte dilutum: vel etiam per se impositum siccum linamentum.

¶ De vulneribus: quæ extrinsecus per vulnera incidunt curationibusq; eorꝝ.

Ic ordo fœlicis curationis ē. Sed q̄dā tñ piculosa icidere cōsuerūt. Interdū eni
h vetustas vlcus occupat: iducit̄q; ei callus: & circū oræ crassæ liuēt. post q̄ qc-
qd medicamētorꝝ igerit̄: parū ꝓficit. quod fere negligēter curato vlceri supue
nit. Interdū vel ex nimia iflāmatione: vel ob æstus imodicos: vel ob nimia frigora: vel qa nimis vulnus astrictū ē: vel qa corpus aut senile aut mali habitus ē cācer occupat. Id gēus a græcis diductū i species ē: nostris vocabulis nō ē. Oīs āt cācer nō solū id corrūpit: qd occupauit sed ēt serpit. deide alijs alijsq; signis decernit̄. Nā mō sup iflāmationē rubor vlcus ambit. isque cū dolore ꝓcedit. Erisipelas græci nominat. Mō vlcus nigrū ē: qa caro eius corrupta ē. Idque vehemētius ēt putrescēdo itendit̄. Vbi vulnus humidū ē: & ex nigro vlcere humor pallidus fert̄: malique odoris ē: carūculæ corruptæ. iterdū ēt nerui ac mēbranæ resoluūt̄: specillūq; demissū desc ēdit aut i latus aut deorsū: eoq; vitio nōnūq; os quoq; afficit̄. mō orit̄ ea: quā græci cangretiā appellāt. Priores i q̄libet ꝑte corpis fiūt. Hoc i ꝓminētibus mēbris idest iter vngues & alas vel iguina: fereq; i senibus: vel his quoꝝ corpus mali habitus ē. Caro i vlcere vel nigra vel liuida ē: sed sicca & arida. ꝓxiaq; cutis plerunq; sub nigris pustulis iplet̄ deide ei ꝓxia vel pallida vel liuida fereq; rugosa sine sēsu ē. Alerior i inflāmatione ē: oīaque ea simul serpūt: Vlcus: i locū pustulosū. Pustulæ: i cū q pallet aut liuet. Pallor aut liuor: i id qd iflāmatū ē. iflāmatio: i id qd itegrū ē: trāsit. iter hęc deide febris acuta orit̄: igēsq; sitis qbusdā ēt deliriū accedit. alij quāuis mētis sue cōpotes sūt balbutiēdo tñ vix sēsus suos os explicāt. Incipit affici stōachus. Fit fœdi9 spūs ipse odoris. Atq; initiū ei9 qdē mali recipit curationē. Vbi pēitus isedit: isanabile ē. plurimiq; sub frigido sudore moriunt̄.

¶ Curatio vlceris.

Cpicula qdē vulnerū hæc sūt. Vetus āt vlcus scalpello cōijciēdū ē: excidēdęq;
a eius oræ: & qcquid sup eas liuet: æque icidēdū. Si varicula itus ē: quæ his sanari ꝓhibet: ea quoq; excidēda. Deide vbi sāguis emissus: nouatūq; vulnus ē: eadem curatio adhibenda: quæ in recentibus vulneribus exposita est. Si scalpello aliquis vti non vult: potest sanare id emplastrum: quod ex ladano fit. & cum vlcus sub eo exesum est: id: quo cicatrix inducitur.

¶ Curatio erisipelarum.

D āt qd erisipelas vocari dixi: nō solū vulneri supuēire: sed sine hoc quoq; ori
i ri consuevit: atq; iterdū piculū maius affert: vtiq; si circa ceruices aut caput cōstitit. Oportet si vires patiūt̄ sāguinē mittere: deide iponere simul repriméntia & refrigerātia: maxieq; cærussā solāi succo: aut cimolią cretā aq̄ pluuiali exceptā: aut ex eadē aq̄ subactā farinā cupresso adiecta: aut si tenerius corpus ē: lēticulā. Quic qd ipositū ē: betæ folio cōtegēdū ē: & super linteolū frigida aqua madēs iponēdū. Si p se refrigerātia parū ꝓderūt miscēda erūt hoc mō. sulphuris. P. x. cærussæ & croci singuloꝝ. P. xxx. eaq; cū vino cōterēda sūt: & id his illinēdū. aut si durior locus ē: solani folia cōtrita: suillæ adipi miscēda sūt: & illita liteolo sup injciēda. At si nigrities ē: neq; dū serpit: iponenda sūt quæ carnē putrē lenius exedūt. repurgatūq; vlcus sic vt cætera nutriēdū ē. Si magis putre ē. iāq; ꝓcedit ac serpit: opus ē vehemētius erodētib9. Si ne hæc qdē euicūt: aduri locus debet dōec ex eo nullus humor ferat̄. nā qd sanū est: siccū est cū aduri t̄. post vstionē putris hulceris sup ponēda sūt quæ crustas a vino resoluāt: eas escaras græci vocāt vbi exciderūt purgādū hulcus maxie melle & resinæ ē. sed alijs

quoq; purgari põt: quibus puruleta curant. codeq; mõ ad sanitatẽ perducendum est.

¶ Curatio Cangrenæ.

Angrena vero si nõdũ planc tenet: sed adhuc incipit: curare nõ difficillimũ ẽ:
c vtiq; i corpore iuuenili: & magis ẽt si musculi integri sunt: si nerui vel læsi non
sũt: vel leuiter affecti sũt. neq; vulnus magnus articulus nudatus ẽ: aut carnis
i eo loco paulũ est: ideoq; nõ multũ: quod putrefaceret: fuit: cõsistitq; eo loco vitiũ qd
maxie fieri in digito põt: In eiusmodi casu primũ ẽ: si vires patiũt. sãguinẽ mittere. De
ide qcqd aridũ ẽ & intẽtione quadã ꝓximũ quoq; locũ male hẽt: vsq; eo sanũ corpus
cõcidere. Medicamẽta vero dũ malũ serpit adhibẽda nulla sũt: quæ pus mouere cõsue
runt. ideoq; ne aq̃ quidẽ calida. Grauia quoq;: q̃uis reprimẽtia aliena sũt. Sed his quã
leuissimis opus ẽ. supq; ea quæ inflãmata sũt: vtẽdũ ẽ refrigerãtibus. Si nihilo magis
malũ cõstitit. vri id quod ẽ iter itegrũ ac vitiatũ locũ debet. Præcipueq; in hoc casu pe-
tendũ non a medicamẽtis solũ: sed ẽt a victus ratione præsidiũ est. Neq;. n. id malum
nisi corrupti vitiosiq; corporis ẽ. Ergo prio: nisi ibecillitas ꝓhibet abstinẽtia vtẽdum.
Deinde dãda quæ ꝑ cibũ potionẽq; aluũ: ideoq; ẽt corpus astringant: sed ea leuia. Po-
stea si vitiũ cõstitit: ponj sup vulnus eadem debent: quæ in putri vlcere præscripta sũt.
Actũ quoq; plenioribus cibis vti licebit ex media materia: sic tñ non nisi aluũ corpus-
q; siccãtibus. aqua vero pluuiali frigida. balneũ nisi iã certa fiducia redditæ sanitatis ẽ:
alienũ ẽ: si quidẽ emollitũ in eo vulnus: cito rursus eodẽ malo afficit. Solẽt vero non
nũq̃ nihil oĩa auxilia ꝓficere: ac nihilominus serpere his cancer. Inter quæ miserũ sed
vnicũ auxiliũ ẽ: ut cætera pars corporis tuta sit: mẽbrũ qd paulati emoritur abscidere.
Hæ grauissimoq; uulnerũ curatiões sunt. Sed ne illa quidẽ negligẽda: ubi integra cute
interior pars collisa: ẽ aut ubi derasũ: ac tritũue aliquid ẽ: aut ubi surculus corpori infi
xus ẽ. aut ubi tenue: sed altũ uulnus insedit. In primo casu cõmodissimũ ẽ malichoriũ
ex uino coquere: interiorũq; eius ptẽ cõterere: & cærato miscere ex rosa facto: idq; sup-
ponere. deinde ubi cutis ipsa exasperata ẽ: inducere lene medicamẽtũ. quale lipara est.
Derasо uero detritoq; ponẽdũ ẽ emplastrũ tetrapharmacum: minuenduq; cibus: &
uinũ subtrahẽdũ. Neq; id: qa nõ hẽbit altiores ictus: cõtinẽdũq; erit. Si quidẽ ex eius-
modi casibus sæpe cancri fiunt. Quod si leuius id erit: & in parte exigua: cõtenti esse
põterimus eodẽ leni medicamẽto. Surculũ uero: si fieri põt: oportet uel manu:: uel ẽt
ferramẽto eiicere. Si uel præfractus est: uel altius descẽdit: quã ut ita fieri possit: medi
camẽto euocãdus ẽ. Optie ãt educit supimposita arũdinis radix si tenera ẽ: ꝓtinus cõ
trita: si iã durior ante in mulso decocta. Cui semp mel adijciendũ est: aut aristolochia
cũ eodẽ melle. Pessima ex surculis arũdo ẽ: qa aspera ẽ. Eadẽq; offensa ẽt i filice ẽ. Sed
usu cognitũ ẽ utrãq; aduersus alterã medicamẽtũ eẽ: si cõtrita superipposita ẽ. Facit ãt
idẽ in oĩbus surculis quodcũq; medicamẽtum extrahẽdi ui hẽt. Idem altis: tenuibusq;
uulneribus aptissimũ ẽ: Priori rei Philocratis: huic Hecatei emplastrũ maxie cõueĩt.

¶ Quomodo cicatrix uulneri inducenda. purgandaq; sit.

Bi uero in quolibet uulnere uẽtũ ad inducẽtũ cicatricẽ est: qd ꝑpurgatis iam
u repletisq; ulceribus necessariũ ẽ: primũ ex aq̃ frigida linamentũ dũ caro alit:
deinde cũ iã cõtinẽda ẽ: siccũ iponẽdũ ẽ. donec cicatrix inducat. Tũ deligari
sup albũ plumbũ oportet: quo & reprimitur cicatrix. & colorẽ maxime sano corpori
simlẽ accipit. Idẽ radix silueſtris cucumeris præstat. Idẽ cõpositio: q̃ hẽt elaterij. P. xi.
spumæ argenti. P. xii. unguẽti. Pondo. xiiij. Quæ excipiũt resina terebinthina: donec
ẽplastri crassitudo ex oĩbus fiat. Ac nigras quoq; cicatrices lẽiter purgãt pib9 portio
nib9 mixta: erugo: plũbũ elotũ eadẽq; rosa cocta siue ungit cicatrix. qd i facie fieri põt

ſiue id vt emplaſtrū iponitur. qđ in alijs partibus cōmodius ē. At ſi vel excreuīt cicatrix: vel cōcaua ē: ſtultū ē decoris cauſa rurſus & dolorem & medicinā ſuſtinere. Alioqn res vtriq; ſuccurri patit̄: Si quidē vtraq; cicatrix exulcerari ſcalpello pōt. Si medicamentum aliquis mauult: idem efficiunt cōpoſitiones hæ. quæ corpus exedūt. Cute exulcerata: ſuper eminentem carnem exedentia medicamēta conijcienda ſūt. Super cōcauam ſplentia: donec vtrunq; vlcus ſanæ cuti æquetur: & tum cicatrix īducatur.

¶ De vulneribus quæ per morſus inferuntur eorumq; curationibus. Caput. xxvij.

Dixi de his vulneribus quæ maxie p tela inferuntur. Sequit̄ vt de his dicam: q̄ morſu fiūt: interdū hoīs: interdū ſimiæ: ſæpe canis: nōnunq̄ feroꝝ aīaliū: aut ſerpentiū. Oīs āt fere morſus habet quoddā uirus. Itaq; ſi vehemēs vulnus ē: cucurbitula admouēda ē. Si leuius: ꝓtinus emplaſtrū inijciendū: p̄cipueq; Diogeſi. Si id nō eſt: quodlibet ex his: q̄ aduerſus ꝓpoſui. Si ea nō ſūt: viride alexādrinū. Si ne id qdē ē: quodlibet nō pigue ex his q̄ recētibus vulneribus accōmodāt̄. Sal quoq; his: p̄cipueq; ei: qđ canis fecit: medicamētū ē: ſi manus vulneri īponit̄: ſuperq; id duobus digitis verberat̄ (Exſaniat enim) ac ſalſamentū quoq; recte ſup id vulnus deligatur.

¶ Curatio aduerſus rabioſi canis morſum.

Tiq; āt ſi rabioſus canis fuit: cucurbitula virus eius extrahēdū eſt. Deinde ſi locus neq; neruoſus neq; muſculoſus ē vulnus id adurēdū ē. Si vri nō pōt ſāguinē homini mitti nō alienū ē. Tū vſto qdē vulneri ſup imponēda quæ cæteris vſtis ſunt. Ei vero qđ expertū ignē nō eſt. ea medicamenta: quæ vehementer exedunt. Poſt quæ nullo nouo magiſterio: ſed iā ſupra poſito: vlcus erit īplendū: & ad ſanitatē p̄ducendū. Quidā poſt rabioſi canis morſū ꝓtinus in balneū mittunt: ibiq; patiūtur deſudare dū vires corporis ſinunt vlcere adapto. quo magis ex eo quoq; virus diſtillet deinde multo: meracoq; vino excipiūt. Quod oībus venenis cōtrariū ē. Idq; cum ita p triduū factū eſt: tutus eſſe homo a piculo videt̄: Solet autē ex eo vulnere: vbi parum occutſū ē aquæ tumor naſci. hydrophlogas græci appellāt. Miſerrimū genus morbi. In quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciat̄. Quo oppreſſis in anguſto ſpes ē. Sed vnicū tñ remediū é: nec opinantē in piſcinā nō ante ei ꝓuiſam ꝓijcere. Et ſi natādi ſcientiā nō habet mō merſū bibere pati: mō attollere. Si habet: interdū deprimere: vt inuitus quoq; aqua ſatiet̄. Sic. n. ſimul & ſitis & aquæ metus tollit̄. Sed aliud piculū excipit: ne īfirmū corpus in aqua frigida vexatū neruoꝝ diſtētio abſumat. Id ne incidat: a piſcina ꝓtinus i oleū calidū demittēdus ē. Antidotū āt præcipue id qđ primo loco poſui. vbi id nō eſt: aliud ſi nondū æger aquā horret. potui ex aqua dandū ē. & ſi amaritudine offendit̄: mel adijciendū ē. Et ſi iā is morbus occupauit: per catapotia ſumi pōt.

¶ Curationes cōmunes aduerſus oēs morſus ſerpentium.

Erpentiū quoq; morſus nō nimiū diſtantē curationem deſiderāt: quāuis in ea multū antiqui uariarūt ut in ſingula genera anguiū ſingula medēdi genera p̄ciperent: atq; alijs alia. Sed i oībus eadē maxime ꝓficiūt. Igit̄ in primis ſuper uulnus id mēbrū deligandū ē. nō tñ nimium uehementer: ne torpeat. Dein uenenum extrahendū eſt. id cucurbitula optime facit. Neq; alienū ē: ante ſcalpello circa uulnus incidere: quo plus uitiati iā ſanguinis extrahat̄. Si cucurbitula non eſt. qđ tñ uix incidere pōt. tū quodlibet ſimile uas: qđ idem poſſit. Si ne id quidē eſt: hō adhibendus ē. qui vulnus exſūgat. Neq; hercules ſcientiā p̄cipuam habent hi q̄ pſylli noiant̄: ſed audaciā uſu ipſo cōfirmatā. Nā venenū ſerpentis: vt quædā ēt venatoria uenena: quibus galli p̄cipue vtuntur: non guſtu: ſed i uulnere nocent. Ideoq; colubra ipſa tuto eſtur: ictus eius occidit. & ſi ſtupent ea: qđ per quædā medicamēta circulatores faciūt: i os

digitū quis indidit: neq; pcussus est: nulla in ea saliua noxa est. Ergo qui'quis exemplū psylli secutus id vulnus exsuxerit: & ipse tutus erit: & tutū hoiem pstabit. Illud ne itereat: ante debebit attēdere: ne qd in gingiuis: palatoue: aliaue parte oris vlcus habeat. Post hæc his homo loco calido collocandus ē: sic vt id: qd pcussum erit. in inferiorem partē iclinet. Si neq; q exsugat: neq; cucurbitula ē: sorbere oportet ius anserinum vel ouillū vel vitulinū: & vomere. Viuū āt gallinaceū pullū p mediū diuidere: & ptinus calidū sup vulnus ipōere: sic vt ps iterior corpi iūgat. Facit id ēt hædus: agnusue discissus: & calida eius caro stati sup vulnus imposita. Emplastra quoq; q̄ supra cōpræhēsa sūt. Aptissimūq; est: vel epheliū: vel id qd ei subiectū est. Præsensq; in aliquo antidoto pfidium est. Si id non ē: necessarium ē exorbere potionem meri vini cum pipe: vel quid libet aliud: quo calor mouendus ē: ne humorem intus coire patiatur. Nā maxima ps venenoꝝ frigore interimit. Oia ēt vrinam mouentia: quia materiā extenuāt. vtilia sūt.

¶ Speciales curationes aduersus ictus serpentiū & primo aduersus ictum Aspidis.

h Aec aduersus oēs ictus cōia sunt. Vsus tñ ipse docuit: eū: quem aspis pcussit: acetū potius bibere debere. Quod demonstrasse dicit' casus cuiusdam pueri qui cum ab hac ictus esset: & partim ob ipsum vulnus: partim ob imodicos æstus siti premeretur: ac locis siccis aliū humorē nō repiret acetū qd forte secū habebat ebibit & liberatus ē. Credo qm̄ id: quāuis refrigerādi vim hēt: tñ hēt ēt dissipādi. Quo fit vt terra respersa eo: spumet. Eadem ergo vi verisimile ē: spissescentem quoq; itus humorem hominis ab eo discuti: & sic dari sanitatem.

¶ Aduersus ictum scorpionis.

i Nqbusdā ēt alijs serpētibus certa q̄dā auxilia satis nota sunt. Nā scorpio sibi ipse pulcherrimū medicamentū ē. Quidā cōtritū cū vino bibunt. quidā eodē mō cōtritū super vulnus iponūt. quidā sup prunā eo iposito vulnus suffumigant vndiq; uestē circūdata: ne is fumus dilabat'. tū carbonē eius sup vulnus deligāt. Bibere autem oportet herbæ solaris: quam heliotropion græci uocant: semen: vel certe folia ex uino. Super uulnus uero etiam furfures ex aceto. vel ruta siluatica recte imponitur: uel cum melle sal tostus. Cognoui tamen medicos: qui ab scorpione ictis nihil aliud: quam ex brachio sanguinem miserunt.

¶ Aduersus aranei & scorpionis ictum.

e T ad scorpiōis āt & ad arāei ictū alliū cū ruta recte misceť: ex oleoq; cōtritū super imponitur. ¶ Aduersus Cæraſtis & Dipsæ & Aemorroidis ictum.

a T si Ceraſtes aut Dipsas aut Aemorrois percuissit: spoli quod ægyptiæ fabæ magnitudinem æquet: arefactum in duas potiones diuidendum ē: sic ut ei rutæ paulum adiiciatur. T risolium quoq; & mentastrum & cum aceto panaces æque proficiunt. Costumq; & casia & cynnamomū recte p potionem assumuntur.

¶ Aduersus Chelydri ictum & cæraſtis.

a Duersus Chelydri vero ictū: panacis aut laser. qd sit scripuloꝝ. xii. vel porri succus cū hemīa uini sumēdꝰ ē: & edēda multa satureia. Imponēdū āt sup vulnus stercus caprinū ex aceto coctū: aut ex eodē hordeacea farina: aut ruta: uel nepeca cū sale cōtrita melle adiecto. Qd i eo quoq; uulnere: qd ceraſtes fecit æq̄ualet.

¶ Aduersus Phalāgij ictum.

u Bi uero phalangium nocuit: præter eam curationem quæ manu redditur: sæpe homo demittendus in soliū est: danduſq; ei myrræ & uuæ timiniæ par modus ex passi hemina. uel rediculæ semen: aut lolij radix ex uio: & super uulnus furfures ex aceto coctæ. imperandumq; ut is conquiescat:

¶ Aduersus ictus italoꝝ anguium: qui minus terribiles peregrinis sunt.

Erũ hæc genera serpentiũ & peregrina & aliquãto magis pestifera sunt: maxie
u qꝫ æstuosis locis gignũt̃: Italia: frigidioresqꝫ regiões hac quoqꝫ pte salubritatẽ
habẽt: qd̃ minus terribiles angues edũt. Aduersus quos satis ꝓficit herba be
tonica: vel cãtabrica: vel cẽtaurió: vel argimõia: vel trixago: vel ꝓsonina: vel marinæ pa
stinacæ singulæ binæue tritæ & cũ vino potui datæ: & sup vulnus ipositæ. Illud ignora
ri nõ oportet: ois serpẽtis ictũ. & ieiuni & ieiuno magis nocere. Idcoqꝫ ꝓnitiosissimæ sũt
cum incubant. Vtilissimumqꝫ est: vbi ex anguibus metus est: nõ ante ꝓgredi: quã quis
aliquid assumpsit.

¶ Remediũ generale aduersus oia venena vel in cibo vel in potione assumpta.

On tã facile is opitulari est: q venenũ vel ĩ cibo: vel in potiõe sũpserunt. Primũ
n quia nõ ꝓtinus sentiũt: vt ab angue icti: ita ne succurrere qdẽ stati sibi possũt.

Deinde quia noxa nõ a cute: sed ab interioribus ptibus icipit. Cõmodissimũ
est tñ ubi primũ sensit aliquis ꝓtinus oleo multo epoto vomere. Deinde: ubi præcor-
dia exhausit: bibere antidotum. Si id̃ non est: uel merum uinum.

¶ Specialia remedia aduersus q̃dã uenena: & primo aduersus cantharidas.

Vnt tñ quædã remedia ꝓpria aduersus quædã uenena maxieqꝫ leuiora. Nã si
s cãtharidas aliqs ebibit: panaces cũ lacte cõtusa: uel galbão: uino adiecto dari
uel lac per se debet.

¶ Aduersus cicutam.

I cicuta: uinũ merum calidũ cũ ruta q̃plurimũ igerẽdũ ẽ deide is uomere cogẽ
s dus Posteaqꝫ laser ex uio dãdũ. Isqꝫ si febre uacat: ĩ calidũ balneũ mittẽdus. Si
non uacat: ungendus ex calefacientibus est: Post quæ quies ei necessaria est.

¶ Aduersus hyoscyamum.

s I hyoscyamũ: feruẽs mulsũ bibẽdũ est: aut quodlibet lac maxime tñ asininũ.

¶ Aduersus cærussam.

s I cærussam. ius maluæ: uel ius glandis ex uino cõtritæ maxime prosunt.

¶ Aduersus sanguisugam si epota est: & lac quod intus coijt.

s I sanguisuga epota est: acetũ cũ sale bibendũ est. Si lac intus coijt: aut passum
aut coagulum: aut cum aceto laser.

¶ Aduersus fungos inutiles.

I fungos iutiles qs assũpserit: radicula aut epota: aut cũ sale & aceto edẽda ẽ.
s Ipsi uero hi & ſpecie qdẽ discerni possũt ab utilibus: & coctuꝛæ genere idõei fie
ri. Nã siue ex oleo iferuuerũt: siue piri surculus cũ his iferuuit: oi noxa uacãt.

¶ De adustis corporis locis & quo modo curari debeant.

Dustis quoqꝫ locis extrinsecus uis infertur. Itaqꝫ seq uidet̃: ut de his dicã. Hæc
a ãt optime curant̃ fo!ijs: aut lilij: aut linguæ caninæ aut betæ ĩ uetere uino olco
qꝫ decoctis. Quorũ qdlibet ꝓtinus ipositũ ad sanitatẽ ꝓducit. Sed diuidi quo
qꝫ curatio põt ĩea: quæ mediocriter exedẽtia reprimẽtiaqꝫ: prio & pustulas ꝓhibeãt &
sũmã pelliculã exasperẽt. Deinde ea q̃ lenia ad sanitatẽ ꝓducãt. Ex prioribus ẽ lẽticulæ
cũ melle farina: uel myrra uel uino: creta cimolia cũ turis cortice contrita & aqua coa-
cta: atqꝫ ubi usus necessitas incidit: aceto dilura. Ex isequentibus quælibet lipara. Sed
idonea maxime est: quæ uel plũbi recremẽtũ uel uitellos habet. Est ẽt illa adustoꝝ cu-
ratio: dũ iflãmatio est: ipositã habere cũ melle lẽticulã. Vbi ea declinauit: farina cũ ru
ta: uel porro: uel marrubio: donec crustæ cadãt. Tũ eruũ cũ melle: aut iri: aut resinam
terebinthinã: donec ulcus purum sit Nouissime siccum linamentum.

¶De iterioribus ulceribus q̄ aliqua corpoꝝ ꝑte corrupta naſcunt᷑. Caput.xxviij.
¶De carbunculo & eius curatione.

Bhis quæ extrinſecus icidūt ad ea veniēdū ē: quæ iterius corrupta aliqua cor
a porū ꝑte naſcūt᷑. Ex qbus nō aliud carbūculo peius eius hæ notæ ſunt. Rubor
ē ſuperq; eū nō nimiū puſtulæ eminet. maxīe nigræ: īterdū ſubliuidæ. In his ſa
nies eſſe uidet᷑. īfra color niger ē. Ipſum corpus aridū & durius q̄ naturaliter oportet.
Circa quē quaſi cruſta eſt: eaq; iflāmatiōe cingit᷑: neq; i eo loco leuari cutis pōt: ſed infe
riori carni quaſi affixa ē. Sōnus vrget. nōnū q̄ horror: aut febris orit᷑: aut vtrunq;. Idq;
vitiū ſubter actis quaſi qbuſdā radicibus ſerpit: īterdū celerius: īterdum tardius. ſupra
quoq; ꝓcedēs inalbeſcit. dei liuidū fit circūq; exiguæ puſtulæ oriunt᷑. Et ſi circa ſtoma
chū fauceſue īcidit: ſubito ſpiritū ſæpe elidit. Nihil melius ē: q̄ ꝓtinus adurere. Neq; id
graue ē. Nā nō ſentit: qm̄ ea caro mortua ē. Finiſq; adurēdi ē: dū ex oī ꝑte ſenſus dolo-
ris ē. Tū deinde vulnus: ſicut cætera aduſta: curādū ē. Sequit᷑. n. ſub medicamētis ero
dētibus cruſta vndiq; a viua carne diducta: quæ trahit ſecū q̄cquid corruptū erat: priuſ
q; iā ſinus curari pōt iplētibus. At ſi i ſumma cute vitiū ē: poſſūt ſuccurrere q̄dā vel exe
dētia tm̄ vel ēt adurētia. Vis ꝓ magnitudine adhibēda ē. Quodcūq; vero medicamētū
poſitū ē: ſi ſatis ꝓficiet: ꝓtinus a viua corruptā ptē reſoluit. Certaq; eſſe fiducia pōt fe-
re vt vndiq; vitioſa caro excedat: qua huiuſce rei medicamē exeſt: Si id nō fit medicamē
tū malo vincit᷑: Vtiq; ad vſtionē ꝓperādū eſt. Sed i eiuſmodi caſu abſtinēdū a cibo: a
vio ē. Aquā liberaliter bibere expedit. Magiſq; ea ſeruāda ſūt ſi febticula quoq; acceſſit.
¶De carcinomate & eius curatione.

On idē ꝑiculū carcinoma affert niſi īprudētia curātis agitatū ē. Id uitiū fit ma
n xīe i ſuperioribus ptibus: circa faciē: nares: aures: labra: māmas fœminarum.
Et i iecore ātaut ſplene hoc naſcit᷑. Circa locū aliqua quaſi pūcta ſentiūt᷑. iſq;
īmobilis: inæqualis tumet: īterdū ēt torpet: Circa eū iflatæ venæ quaſi recuruāt᷑. hæq;
pallēt aut liuēt. nōnū q̄ ēt i qbuſdā delitеſcūt. Tactuſq; is locus alijs dolorē affert i alijs
eū nō habet. Et nōnū q̄ ſine vlcere durior aut mollior ē: q̄ eſſe naturaliter debet: nōnū q̄
hiſdē oībus ulcus accedit. Iterdūq; nullā habet ꝓprietatē: iterdū ſimile his ē: q̄ vocant
græci cōdylomata: aſpredine quadā & magnitudine ſua. Colorq; eius ruber ē: aut lēti
culæ ſimilis neq; tuto ferr᷑. Nā ꝓtinus aut reſolutio neruoꝝ: aut diſtētio īſeqt᷑. Sæpe
hō ictus obmuteſcit. atq; eius aīa deficit. Quibuſdā ēt ſi id ipſū preſſū ē. quæ circa ſunt
itēdunt᷑ & itumeſcūt. Nā q̄ peſſimū id gēus ē. fereq; primū id fit qd᷑ cacoethes a græ-
cis noīat᷑. Deide ex eo id carcinoma qd᷑ ſine ulcere ē. Deide ulcus ex eo thymiū. Tolli
nihil niſi cacoethes pōt. reliq̄ curatiōibus irritant᷑. Et quo maior uis adhibita ē: eo ma
gis qdam uſi ſunt medicamentis adurētibus. Quidā ferro aduſerūt. Quidā ſcalpello
exciderūt. Neq; ulli unq̄ medicina ꝓficit. Sed aduſta ꝓtinus cōcitata ſūt & īcreuerūt:
donec occideret. Exciſa ēt poſt iductā cicatricē tm̄ reuerterūt & cām mortis attulerūt.
Cū īterim pleriq; nullā uī adhibēdo qua tollere id malū tētēt: ſed īponēdo tm̄ lenia me
dicamēta: q̄ q̄ſi blādiat᷑: quominus ad ultimā ſenectutē pueniāt: nō ꝓhibēt᷑. Diſcede
re āt cacoethes qd᷑ curationē recipit a carcinomate: qd᷑ nō recipit: nemo ſcire pōt: Sed
tpe q; experimēto. Ergo ubi primū id uitiū notatū ē: īpōi debēt medicamēta adurētia:
Si leuat᷑ malū: minuūturq; eius īditia: ꝓcedere curatio pōt & ad ſcalpellū & ad uſtio
nē. Si ꝓtinus irritatū ē ſcire licet iā carcinoma eſſe remouēdaq; ſūt oīa acria: oīa uehe-
mētia. Sed ſi ſine ulcere is locus ē: īpōi ficū q̄ pinguiſſimā aut rhypodes emplaſtrum
ſatis eſt. Si vlcus æquale ē: cæratū ex roſa iniciēdū ē: adiciēduſq; ei puluis ex cōtritate
ſta: ex q̄ faber ferrarius tigere cādēs ferrū ſolitus ē. Si id nimiū ſupercreuit: tētāda ſqua

ma æris est: q̄ leniſſima ex adurentibus est: eatenus nequid eminere patiat᷑. ſed ita. ſi nihil exacerbauit. Si minus: eodē cærato contenti eſſe debebimus.

¶ De Theriomate & eius curatione.

Stēt vlcus: qd᷑ therioma græci vocāt. Id &ꝑ ſe naſcit᷑ & iterdū vlceri ex alia cā
e facto ſuperuenit. color est vel liuidus: vel niger. odor fœdus: multus: & muci ſimilis hūor. Ipſum vlcus neq; tactū: neq; medicamētū ſentit. prurigine tm̄ mouet᷑. At circa: dolor ē & iflāmatio. Interdū ēt febris orit᷑. Nōnūq̄ ex vlcere ſanguis erūpit. At id quoq; malū ſerpit. Quæ oia ſæpe itēdunt᷑. Fitq; ex his vlcus: qd᷑ herpeta eſchiomenō græci vocāt: qa celeriter ſerpēdo penetrādoq; vſq; oſſa corpus vorat. Id vlcus inæquale ē: cœno ſimile. ieſtq; multus hūor glutinoſus. odor itolerabilis: maiorq; q̄ ꝑ modo vlceris iflāmatio. V trūq; ſicut oīs cācer: fit maxie in ſenibus vel his: quoꝝ corpa mali habitus ſunt. Curatio vtriuſq; eadē ē: ſed i maiore malo magis neceſſaria. Ac primū a victus rōne ordinādus ē. vt qeſcat i lectulo: vt primis diebꝫ a cibo abſtineat: aquā q̄ plurimā aſſumat. Aluus quoq; ei ducat᷑. Dein poſt iflāmationē cibū bōi ſuci capiat: vitatis oībus acribus: potiōis quātū volet: ſic vt iterdiu qdē aqua cōtētus ſit. In cœna ēt vini auſteri aliqd bibat. Nō æq̄ tñ fame i his: quos herpes vrgebit: atq; his q̄ therioma adhuc habebūt: vtēdū erit. Et victus qdē talis neceſſarius ē. Sup vlcus vero iſpergēda arida aloe oenāthe ē: & ſi parū ꝓficiet: chalcitis. Ac ſi qs ineruus exeſa carne nudatus ē: cōtegēdus ante litheolo ē ne ſub eo medicamēto adurat᷑. Si validioribus ēt nū remedijs opus ē: ad eas cōpoſitiōes veniēdū ē: q̄ vehemētius adurūt. Quicqd āt in ſpergit᷑ auerſo ſpecillo ifundi debet. Sup dāda cū melle ſunt vel linamēta. vel oleæ folia ex vino decocta: vel marrubiū: eaq; liteolo cōtegēda i aqua frigida madefacto dein bene expreſſo. Circaq; q̄ tumor ex iflāmatiōe ē: iponēdaq; reprimāt cataplaſmata. Si ſub his nihil ꝓficitur: ferro locus aduri debet: diligēter neruis: ſiq apparēt: ante contectis: Aduſtū vel medicamentis vel ferro corpus primū purgandū: deinde implēdum eſſe: apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

¶ De ſacro igne & eius curatione.

Acer quoq; ignis malis vlceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſūt. Al
f terū ē ſubrubicūdū: aut mixtū rubore atq; pallore: exaſperatūq; ꝑ puſtulas cōtinuas: quarū nulla: altera maior est: ſed plurimæ ꝑexiguæ. In his ſemp fere pus: & ſæpe rubor cū calore ē. ſerpitq; id nōnūq̄ ſaneſcēte eo: qd᷑ primū vitiatū ē: nōnū q̄ ēt exulcerato. vbi ruptis puſtulis vlcus cōtinuat᷑: hūorq; exit. q eſſe inter ſaniē & pus uideri pōt. Fit maxie i pectore: aut lateribus: aut eminētibus ptibus p̄cipueq; i plātis. Alterū āt ē i ſummæ cutis exulceratiōe: ſed ſine altitudine: latū. ſubliuidū. inæqualiter tñ mediūq; ſaneſcit extremis ꝓcedētibus: ac ſæpe id qd᷑ iā ſanū uidebit᷑ iterū exulceratur. At circa ꝓxima cutis: q̄ vitiū receptura ē: tumidior & durior est: colorēq; habet ex rubro ſubnigrū. Atq; hoc quoq; modo fere corpora ſeniora tentantur: aut q̄ mali habitus ſunt: ſed in cruribus maxime. Oīs āt ſacer ignis ut minimū periculū habet ex his q̄ ſerpūt. ſic ꝓpe difficillime tollit᷑. Medicamentū eius fortiſſimū est. V no die febris: q̄ humorē noxiū abſumat. Cuius quo craſſius & albidius est: eo periculi minus est. Prodeſt ēt infra os ulcerum lædi: quo plus puris exeat: & id quo ibi corruptum corpus est extrahat. ſed tñ ſi febricula acceſſit: abſtinentia: lectulo: alui ductione opus est. In omni uero ſacro igni neq; lenibus & glutinoſis cibis neq; ſalſis & acribus utēdū ē: ſed his q̄ inter utrūq; ſunt qualis est panis ſine fermento: piſcis: hedus: aues: exceptoq; apro oīs fere uenatio. Si nō est febricula: & geſtatio utilis est: & ambulatio & uinū auſterū & balneū. Atq; in hoc quoq; genere potio magis liberalis eſſe: quā cibus debet. Ipſa au-

tē ulcera si mediocriter serpunt: aqua calida. Si uehemētius: uino calido fouēda sunt. Deinde acu pustulæ quæcūq; sunt aperiēdæ. Tū iponēda ea: q̄ putrē carnē excedunt. Vbi iflāmatio sublata. vlcusq; purgatū est: iponi leue medicamētū debet. In altero ār genere possunt ꝓficere mala cotonea in uino cocta atq; cōtrita. Potest emplastrū uel Hieræ: vel tetrapharmacū: cui quinta pars turis adiecta sit. Potest nigra hedera ex uino austero cocta. Ac si celeriter malū serpit: nō aliud magis ꝓficit. Purgato ulcere qđ in summa cute esse ꝓposui: satis ad sanitatem cadē lenia medicamēta proficient.

¶ De Chironeo ulcere & eius curatione.

c Hironeū ār ulcus appellaſ qđ & magnū est & habet oras duas: callosas: tumētes. Exit sanies nō multa: sed tenuis. Odor malus neq; in ulcere neq; in eius tumore est. Nulla inflāmatio dolor modicus ē. nihil serpit. ideoq; nullū piculū affert sed nō facile saneſcit. Interdū tenuis cicatrix iducit. deinde iterū rūpit. ulcusq; renouaſ. Fit maxie in pedibus & cruribus. Sup id iponi debet qđ & lene aliqd & uchemēs & reprimēs habeat. Quale eius rei cā fit ex his. Squamæ æris: plūbi eloti cōbusti: singuloꝝ. P. xiiij. Cadmiæ: cæræ. singuloꝝ. P. xviij. rosæ quantū satis est ad cærā simul cum eis molliendam.

¶ De ulceribus quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur: & eoꝝ curationibus.

f Iunt ēt ex frigore hiberno ulcera: maxie in pueris & p̄cipue pedibus digitisq; eorū: nōnūq̄ ēt in manibus. Rubor cū iflamatiōe mediocri ē. Interdum pustulæ oriunt, deīde exulceratio. Dolor āt modicus. Prurigo maior ē. nōnūq̄ humor exit: sed nō multus: q referre uel pus uel saniē uideſ. In primis multa calida aqua fouēdū ē: i qua rapta decocta: aut si ea nō sunt: aliquæ uerbenę ex reprimētibus. Si nōdum adapertū ulcus æs q̄ maxie calidū qs pati pōt admouēdū ē. Si iā exulceratio ē: ipōi debet alumē æqua portiōe cū ture cōtritū. cū uino adiecto. aut malicoriū i aq̄ coctū: dei de cōtritū. Si sūma detracta pellicula ē: hic quoq; melius lenia medicamēta ꝓficiunt.

¶ De struma & eius curatione.

f Truma quoq; ē tumor: i quo subter cōcreta q̄dā ex pure & sanguie q̄si glādulæ oriūt. Quæ uel p̄cipue fatigare medicos solēt. qm̄ & febres mouēt: nec vnq̄ facile matureſcūt: & siue ferro siue medicamētis curāt. Plerūq; iterū iuxta cicatrices ipsas resurgūt: multoq; post medicamēto est opus. Quibus id quoq; accedit: qđ lōgo spacio detinēt. Naſcūt maxie i ceruice: sed ēt i alis & iguinibus & i lateribus. In malis quoq; fœminarū se reppisse chirugicus Meges auctor ē. Propter hæc & albū ueratrū recte daſ, atq; ēt sæpius donec ea digerāſ. Et medicamēta iponunt: q̄ hūorē uel educā uel dissipēt: quoꝝ supra mentio facta ē. A durētibus quoq; qdā utunt: q̄ excūdūt: crustaq; cū locū astringunt. tūc uero ut ulcus curāt. Quæcūq; ār ratio curādi est: corpus puro ulcere exercendum atq; alendū est: donec ad cicatricē perueniat. Quæ cū medici doceant quorundā rusticoꝝ experimento cognitum: quē struma male habet eum: si anguem edit. liberari.

¶ De furunculo & eius curatione.

f Vrunculus uero ē tuberculū acutū cū iflatiōe & dolore: maxieq; ubi iā i pus uertit. Qui ubi adapertus ē: & exit sup apparet ps carnis in pus uersa pars corrupta subalbida subrubra quē uētriculū q̄dā furūculi noiant. In eo nullū piculū est ēt si nulla curatio adhibeatur. Matureſcit. n. p se atq; erūpit. Sed dolor efficit: ut potior medicina sit quæ maturius liberet. Propriū eius medicamentū galbanū ē. Sed alia quoq; supra cōphēsa sunt. Si cætera desunt. iponi debēt primū nō pigue ēplastrū: ut id reprimat. deīde si nō repressit: quodlibet puri mouendo accōmodatum. Si ne id

quidē ē: vel resina: vel fermētū. Expresso pure nulla vltra curatio necessaria est.

¶De phymate & eius curatione.

Hyma vero noiat tuberculū furunculo simile: sed rotundius & planius: sæ-
p pe ēt maius. Nā furūculus oui dimidij magnitudinē raro explet nūq̄ excedit.
Phyma ēt latius patere cōsueuit. Sed inflāmatio dolorq; subeo minores sunt. Vbi euulsum est pus: eodem modo apparet ventriculus. qd in furunculo nō inuenit. Verū ois corrupta caro in pus vertit. Id āt in pueris & sæpius nascitur & facilius tollitur. in iuuenibus rarius oritur & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit: ne nascit quidē. Quibus vero medicamentis discuteretur: supra propositum est.

¶De phlygethlo & eius curatione.

Hlygethlon āt est tumor nō altus latus i quo q̄ddā pustulæ simimile est. Do-
p lor distētioq; vehemēs ē & maior q̄ p magnitudine tumoris. interdū ēt febricula. idq; tarde maturescit: neq; magnope i pus cōuertit. Fit maxie aut in uertice: aut i alis: aut inguinibus: Panē ad similitudinē figuræ nostri vocāt. Atq; id ipsum quo medicamēto tolleret supra demonstraui. Sed cū oēs hi nihil nisi minuti abscessus sint: generale nomē trahit latius vitiū ad suppurationē spectās. Idq; fere fit aut post febres: aut post dolores partis alicuius: maxieq; eos: qui vētrē ifestarūt. Sæpiusq; oculis expositū ē. Si quidē latius aliqd itumescit ad similitudinē eius: qd phyma vocari ppo sui: rubetq; cū calore: & paulo post ēt cū duritia magisq; inocēter idolescit: & sitim uigiliāq; exprimit. Interdū tñ nihil horū i cute deprēdi pōt: maxieq; vbi altius pus mouetur. Sed cū siti vigiliaq; sentiunt itus aliquæ pūctiōes. & qd de subito durius nō ē: melius ē. & q̄uis nō rubet: coloris tñ aliter mutati ē. Quæ signa iā pure oriēte nascūt. Tumor ruborq; multo ante icipiūt. Sed si locus mollis ē: auertēdus is materiæ aditus est p cataplasmata: q̄ simul & reprimūt & refrigerāt. q̄lia & alias & paulo ante in erysipelate ppositi. Si iā durior ē: ad ea veniēdū ē: quæ digerāt & resoluāt. qualis ē ficus arida cōtusa. aut fex mixta cū cærato: qd ex adipe suilla coactū sit. aut cucumeris radix: cui ex farina duæ ptes adiectæ sint ante ex mulso decoctæ. Licet ēt miscere æquis portionibus āmoniacū galbanū: ppoli: viscū: pōduſq; adijcere myrræ dimidio minus: q̄ i prioribus singulis erit. Atq; emplastra quoq; & malagmata idē efficiūt: q̄ supra explicui. Quod p hęc discussū nō ē: necesse est matureſcat. Idq; quo celerius fiat: īponēda est farina hordeacea. ex aqua cocta recte miscet. Eadē āt hæc i minoribus quoq; abscessibus quoq; noia, pprietateſq; supra reddidi: recte fiūt. Eadēq; oium curatio. Tantū modo distat. Crudū ē āt: i quo magis quasi venarū motus est & grauitas & ardor & distentio & dolor & rubor & durities. Et si maior abscessus ē: horror aut ēt febricula permanet. Penituſq; cōdita suppuratio. Si p his quæ alibi cutis ostēdit: pūctiones sunt: ubi ista se remiserūt: iāq; cutis prurit: & aut subliuidus aut subalbidus ē: matura suppuratio est eaq; ubi uel p ipsa medicamēta. uel ēt ferro aperta ē: pus debet emitti: Tū si qua in alis uel inguinibus sunt: sine linamēto nutriēda sunt. In cæteris quoq; ptibus: si vna plaga exigua est: si mediocris suppuratio fuit: si nō alte penetrauit: si febris nō ē: si valet corpus: æque linamēta superuacua sūt. In reliqs parce tñ: nec nisi plaga ē: īpōi deberet Cōmode uero uel sup linamēta: uel sine his īponit lēticula ex melle: aut malicoriū ex uino coctū. Quæ & per se: & mixta idonea sunt. Si qua circa duriora sunt: ad ea mollienda: uel malua contrita. uel fœni græci: liniue semen. ex passo coctū sup dandum ē. Quicquid deinde impositum est: non astringi sed modice deligari debet. Illo neminē decipi decet: vt in hoc genere cærato vtat. Cæteraq; ptinent ad purgandū vlcus: adim-

fuit: ea vacare. Itēq; habere pus albū: leue: nō fœdi odoris. Mala ſunt: vigilia: ſpiritū: grauitas: ſitis: cibi faſtidiū: febris pus nigrū aut feculētū & fœdi odoris. Itē ꝓcedēte curatione eruptio ſanguinis: aut ſi antequā ſinus carne ipleat᷑ oræ carnoſæ fiūt. Illa quoq; ipſa carne habere nec firma: deficere tñ animā vel ipa curatiōe vel poſtea: peſſimū oium ē. Quin ēt morbus ipſe ſiue ſubito ſolutus ē: dein ſuppuratio exorta ē ſiue effuſo pure ꝑmanet nō iniuſte terret. Eſtq; iter cauſas timoris: ſi ſenſus ī vulnere rodētium non eſt. Sed vt hæc ipſa fortuna huc illucue diſcernit: ſic medici partiū ē: eniti ad reperiēdā ſanitatē. Ergo quotiēs vlcus reſiluerit: eluere id: ſi reprimendus humor videbitur: vino ex aqua pluuiali mixto: vel aqua in qua lenticula cocta ſit: debebit. Si purgandum erit: mulſo: rurſuſq; īponere eadē. Vbi iam repreſſus videbitur humor vlcuſq; purum erit produci carnem conueniet & foueri vulnus pari portione vini ac mellis: ſuperq; impoſni ſpongia ex vino & roſa tincta. Per quæ cum caro producatur: plus tñ: vt alias quoq; dixi uictus ratio eo confert. id eſt ſolitus iam febribus & cibi cupiditate reddita: balneū rarū: quotidiana: ſed lenis geſtatio: cibi potiōeſq; corpori reficiēdo. Apteq; oia per medicaméta quoq; ſuppuratiōe rupta ſequunt᷑: ſed quia magno malo vix ſine ferro mederi licet: in hunc locum reſeruata ſunt.

¶ De fiſtulis. Caput. iiij.

a Duerſus fiſtulas quoq; ſi altius penetrāt ut ad ultimas demitti colliriū nō poſſit: ſi tortuoſæ ſunt: ſi multiplices: maius in manu quā in medicamētis præſidiū eſt. minuſq; operæ eſt. ſi ſub cute trāſuerſæ ferunt᷑: quā ſi recte intus tēdūt. Igitur ſi ſub cute tranſuerſa fiſtula eſt: demitti ſpecillum debet: ſupraq; id ea īcidi. ſi flexus reperiuntur: hi quoq; ſimul ſpecillo & ferro perſequendi ſunt. Idemq; faciendum: ſi plures ſe quaſi ramuli oſtendūt. Vbi ad fines fiſtulæ uentū eſt: excidendum ex toto callus eſt. ſuperq; fiſtulæ dandæ. & medicamētū quo glutinetur. At ſi recta ſubter tendit ubi quo maxime ferat ſpecillo exploratū eſt. excidi is ſinus debet: dein fiſtula oris cutis inijcienda eſt: & æq; glutinantia medicamenta ſuper danda ſunt. Aut ſi corruptius ulcus. quod interdum oſſe uitiato fit. ubi id quoq; curatum eſt: pus mouentia: ſolēt autem inter coſtas fiſtulæ ſubter exire: quod ubi incidit: eo loco coſta ab utraq; pte decidenda & eximēda ē: neqd itus corruptū relinquat᷑. ſolēt ubi coſtas trāſierūt ſeptū id qd᷑ trāſuerſū a ſuperioribus uiſceribus iteſtina diſcernit: uiolare. Quod itelligi & ex loco & ex magnitudie doloris pōt: & qa nōnūq; ſpiritus eo: cū hūore quaſi bullāte ꝓrūpit: maxieq; ſi hūc ore ille cōtinuit. In eo medicamini locus nullus ē. In cæteris uero q̄ circa coſtas ſanabilia ſunt: pinguia medicamenta inimica ſunt. cæteris quæ ad vulnera accōmodant᷑: uti licet. Optime tñ ſicca linamenta: uel ſi purgādū aliqd uidet᷑ in melle tincta īponuntur. Vētri nullū os ſubeſt. ſed ubi ꝓnitioſæ admodū fiſtulæ fiūt: adeo ut Soſtratus ī ſanabiles eſſe crediderit. Id nō ex toto ita ſe habere uſus oſtēdit. Et qdem: qd᷑ maxie mirū uideri pōt: tutior fiſtula ē cōtra iecur & lienē & uentriculū quā contra inteſtina: non quo pernitioſior res ibi ſit: ſed quo alteri periculo locū facit. Cuius experimento moti qdā auctores parū modū rei cognouerūt. Nā vēter ſæpe ēt tello ꝓforat᷑ prolapſaſq; inteſtina cōdunt᷑: & oras vulneris ſuturæ cōprehēdūt. qd᷑ quēadmodum fiat mox indicabo. Itaq; ēt ubi tenuis fiſtula abdomē perrūpit: excidere eā licet: ſutura q; oras cōiungere. Si uero ea fiſtula ītus patuit: excīſa neceſſe ē latius foramen reliquat qd᷑ niſi magna ui utiq; ab īteriore ꝑte ſui nō pōt q̄ quaſi menbrana q̄dā finit abdomē: q̄ peritoneō gtæci uocāt. Ergo ubi aliquis īgredi ac moueri cœpit rūpitur illa ſutura atq; inteſtina ſoluuntur. Quo fit ut pereundum homini ſit. Sed nō omnimodo res ea deſperatione habet. Ideoq; tenuioribus fiſtulis adhibenda curatio eſt.

¶De ani fistulis.

Propriã ẽt nũ aiaduersionẽ desiderãt ea quæ i ano sunt. In has demisso specillo ad vltimũ eius caput icidi cutis debet. dein nouo foramine specillũ educi lino sequẽte: qđ in aliã eius partẽ ob id ipsũ pforatũ cõiectũ sit. Ibi linũ phẽdendũ: vinciẽdũq; cũ altero capite ẽ: vt laxe cutẽ: quæ sup fistulã ẽ: teneat. Idq; linũ esse debet crudũ & duplex triplex ve: sic tortũ vt vnitas facta sit. Interi ãt licet negocia augere ambulare: lauari cibũ capere peride atq; sanissimo. Tãtũmodo id linũ bis die saluo mõ ducẽdũ ẽ: sic vt subeat fistulã ps q̃ supior fuerit. Neq; cõmittẽdũ ẽ vt id linum putrescat. Sed tercio quoq; die nodus resoluẽdus ẽ: & ad caput alterũ recẽs linũ alligãdũ ẽ: eductoq; vetere: id i fistula cũ simili nodo relinquẽdũ. Sic. n. id paulati cutẽ q̃ supra fistulã ẽ: icidit: simulq; & id sanescit qđ a lino relictũ ẽ: & id qđ ab eo mordet: icidit. Hæc rõ curatiõis lõga: sed sine dolore ẽ. Qui festinat: astrigere cutẽ lino debet: quo celerius secet: noctuq; pẽicillo tẽuia q̃dã itus demittere: vt cutis hoc ipso extenuet quo extendit. Sed hæc dolorẽ mouẽt. Adijcit celeritati sic vt tormẽto quoq; si & linũ & id qđ ex pẽicillo ẽ: aliquo medicamẽto illinit ex ijs qbus callũ exedi posui. Poterit tñ fieri vt ad scalpelli curationẽ ẽt illo loci veniẽdũ sit: si itus fistula fert: si multiplex ẽ. Igit i hæc genera demisso specillo duab9 lineis icidẽda cutis ẽ vt media iter eas habẽula tẽuis admodũ eij ciat ne ꝓtius oræ coeãt sitq; locus aliqs linamẽtis. q̃ q̃ paucissima sup injciẽda sũt: oia q; eodẽ mõ faciẽda: q i absceſſib9 positus ẽ. Si vero ab vno ore plures sinus erũt: recta fistula scalpello erit icidẽda: ab eo cęteræ q̃ iã patebũt lino excipiẽdæ. si itus aliq̃ procedet: quo ferrũ tuto puenire nõ poterit: colliriũ demittẽdũ erit. Cibus ãt i oibus eiusmodi casibus: siue mãu siue medicamẽtis aget: dari debet humidus. potio liberalis: diuq; aqua vbi iã caro icrescit. tũ demũ & balneis raris vtẽdũ erit: & cibis corpus iplentibus.

¶De telis e corpore extrahendis. Caput. v.

Tela quoq; q̃ illata corporib9 itus hæserũt: magno negocio sæpe eijciũt. Sũtq; q̃dã difficultates ex generib9 eoꝝ q̃dã ex his sedibus i quas illa penetrarũt. Oẽ ãt telũ extrahit aut ab ea ꝑte q̃ vẽit: aut ab ea i qua tetẽdit: Illic viã qua redeat ipsũ sibi fecit. Hic a scalpello accipit. Nã cõtra mucronẽ caro icidit. Sed si nõ alte telũ isedit: & i sũma carne ẽ: aut certe magnas venas & loca neruosa nõ trãsijt: nihil melius est: quã q̃ vẽit id euellere. Si vero plus ẽ ꝑ qđ telo reuerẽdũ quã qđ ꝓrumpẽdũ est: iãq; venas neruosq; id trãsit: cõmodius ẽ apire qđ supest: eaq; extrahere. Nã & ꝓpius petitur & tuti9 euellit & i maiore mẽbro si mediũ mucro trãsijt facilius saniescit qđ peruiũ ẽ. quia utriq; medicamẽto fouet. Sed si retro telũ recipiẽdũ ẽ: ampliãda scalpello plaga ẽ: quo facilius id sequat: quoq; minor oriat iflãmatio: quæ maior fit: si ab illo ipso telo dũ redit corpus laniat. Itẽ si ex alia parte vulnus aperit: laxius eẽ debet: quã vt telo postea trãseunte amplicet. Sũma aũt vtraq; parte ita habẽda cura ẽ: ne neru9: ne vena maior: ne arteria incidat. Quoꝝ vbi aliquid detectũ est: excipiendũ hamo retuso ẽ abducendũq; scalpello. Vbi aũt satis icisũ est: telũ eximendũ est: tũ quoq; eodem mõ & eadẽ cura habita: ne sub eo quod eximet: aliquid eoꝝ lædatur: quæ tuenda esse proposui. Hæc cõmunia sunt. Propria quædã in singulis telorum generibus subijcienda sunt. quæ protinus subijciam. Nihil tã facile in corpore quã sagitta conditur: eademq; altissime insedit. Hæc autem eueniunt & quia magna vi fertur illa: & quia ipsa in angusto est. Sæpius itaq; ab altera parte quam ex qua venit recipienda est præcipueq; quia fere spiculis cingitur: quæ magis laniant si retro quam si contra trahuntur: Sed inde aperta via caro diduci debet ferramento ad similitudinem facto græcæ litteræ ψ. Deinde vbi apparuit: si mucro si harundo inhæret: propellenda est: donec ab altera par-

te appræhẽdi & extrahi poſſit. Si iã illa decidit: ſolũq; itus ferrũ ẽ mucro uel digitis ap
pręhẽdi vel fortice: atq; ita educi debet. Neq; alia rõ extrahẽdi ẽ vbi ab ea pte q̃ vẽit euel
li magis placuit. Nã ampliato vulnere aut harũdo: ſi ineſt: euellẽda ẽ: aut ſi ea nõ ẽ: fer
rũ ipſum. Quod ſi ſpicula apparuerũt: eaq; breuia & tenuia ſunt: forfice ibi cõminui de
bẽt: vacuũq; ab his telũ educi ſi ea maiora valẽtioraq; ſunt: fixis ſcriptorijs calamis cõte
gẽda: ac ne qd lacerẽt: ſic euellẽda ſunt. Et i ſagittis qdẽ hæc obſeruatio ẽ. Latũ vero te
lũ ſi cõditũ ẽ: ab altera pte educi nõ expedit: ne igẽti vulneri ipſi quoq; igẽs vulnus adij
ciamus. Euellẽdũ ẽ ergo genere quodã ferramẽti: qd̃ diocris græci helulcũ vocãt: qm̃
auctorẽ Dioclẽ hẽt. quẽ iter priſcos maxioſq; medicos fuiſſe iã poſui. Lamia vel ferrea
vel ænea ẽt ab altero capite duos vtrinq; deorſũ cõuerſos vncos hẽt: ab altero duplica-
ta alteribus: leuiterq; extrema i eã partẽ iclinata: quæ ſinuata ẽ. iſup ibi ẽt pte iclinata:
q̃ pforata ẽ. Hæc iuxta telũ trãſuerſa demittit̃. Deide vbi ad imũ mucronẽ vẽtũ ẽ: pau
lũ torquet̃: vt telũ foramie ſuo excipiat. Cũ in cauo mucro ẽ: ijllico duo digiti ſubiecti
ptis alterius: vncis ſimul & ferramẽtũ id extrahũt & telũ. Terciũ gẽus teloq; ẽ: qd̃ iter
dũ euelli debet: plũbea glãs: aut lapis: aut ſimile aliqd: qd̃ prupta cute itegrũ itus iſe-
dit. In oĩbus his latius vulnus aperiẽdũ: idq; qd̃ ieſt: ea q̃ vẽit forfice extrahẽdũ eſt. Ac
cedit vero aliqd difficultatis ſub oi ictu ſi telũ vel oſſi ihæſit: vel i articulo ſe iter duo oſ
ſa demerſit. i oſſe vſq; eo mouẽdũ ẽ donec is locus laxet̃ q mucronẽ momordit: & tum
vel mãu vel forfice telũ extrahẽdũ ẽ. q̃ rõ i dẽtibus quoq; eijciẽdis ẽ. Et vix vnq̃ ita telum
nõ ſeqt̃. Sed ſi morabit̃ excuti quoq; ictũ aliquo ferramẽto poterit. Vltimũ ẽ vbi non
euellit̃: terebra: iuxta forare. ab eo quoq; foramie ad ſpeciẽ litteræ ψ cõtra telũ os exci-
dere. ſic vt lineæ q̃ diducũt̃ ad telũ ſpectẽt. eo facto id neceſſe ẽ labet & facile auferat̃:
Inter duo uero oſſa ſi p ipſũ articulũ pruperit: circa vulnus duo mẽbra faſcijs habẽi ſue
deligãda: & p has i diuerſas ptes diducẽda ſũt ut neruos diſtẽdat. Quibus extẽtis laxi
us iter oſſa ſpaciũ ẽ: ut ſine difficultate telũ recipiat̃. Illud uidẽdũ ẽ. ſicut i alijs locis po
ſui. ne qs neruus aut uẽa aut arteria a telo lædat̃: dũ id extra itur: eadẽ. ſ. rõe q̃ ſupra po
ſita ẽ. At ſi uenenato quoq; telo qs ictus ẽ: hiſdẽ oibꝫ ſi fieri põt ẽt feſtinãtius actis adij
ciẽda curatio ẽ q̃ uel epoto ueneno uel a ſerpẽte ictis adhibet̃. Vulneris ãt ipſius extra
cto telo medicia ñ alia ẽ: q̃ q̃ eẽt ſi corpe icto nihil ihæſiſſet. De q̃ ſatis alio loco dictũ ẽ.

¶ De gãgilijs & meliceride & atheromate Capitis tuberculus. Caput. vj.

Accuenire i q̃libet pte corpis poſſũt. Reliq̃ certas ſedes hẽt. de qb9 dicã. orſus
h a capite. In hoc multa uaria q̃ tubercula oriũt̃. gãgilia: melliceridas: & heroã
ta noiant: alijſq; ẽt nũ uocabulis q̃dã alij diſcernũt: qbus ego ſteathõata quoq;
adijciã. Quæ q̃uis & i ceruice & i alis & i lateribus oriri ſolẽt p ſe tñ nõ poſui: cũ oĩa iſta
mediocres differẽtias habeãt: ac ne piculo terreãt neq; diuerſo genere curẽt̃. Oĩa ãt iſta
& ex paruulo icipiũt. & diu paulatimq; increſcũt. & tunica ſua icludũt̃. Quædã ex his
dura ac renitẽtia: q̃dã mollia cedẽtiaq; ſũt. q̃dã ſpacio nudãt̃: q̃dã tecta capillo ſuo p
manẽt: fereq; ſine dolore ſunt. Quid itus habeãt ut cõiectura præ ſagiri põt: ſic ex toto
cognoſci niſi cũ eiecta ſunt nõ põt. Maxie tñ in his quæ renitunt̃ aut lapidis quædam
ſimilia. aur cõcreti cõfertiq; pili reperiũt̃. In his uero quæ cedũt aut melli ſimile aliqd
aut tenui pulticulæ: aut q̃ſi raſæ cartilagini: aut carni hebeti & cruentæ. quibus aliqui
colores eſſe cõſuerũt. fereq; gãgilia renitunt̃. At heromati ſubeſt quaſi tenuis pultícu-
la. Meliceridi liquidior humor. Ideoq; p̃ſſũ circũfluit. Steathõati pigue qddã idq; la-
tiſſime patere cõſueuit: reſoluitq; totã cutẽ ſuppoſitã: ſic: ut ea labet cũ i cęteris ſit aſtri
ctior. Oĩa deraſa ante ſi capillis cõtegũt̃ per mediũ oportet icidere: ſed ſteathõatis tu

nica quoq; ſecãda ẽ: vt effundatur q̃cqd intus coit: qa nõ facile a cute ſubiecta carne ea ſepare. In cæteris ipſa tunica iuiolata ſeruãda ẽ. ꝓtinus ãt alba & itẽta ſe oſtendit. Tũ ſcalpelli manubriolo diducẽda a cute & carne ẽ: eijciẽdaq; cũ eo qd itus tenet. Si qñ tñ ab iferiore ꝑte tunicæ muſculus inhæſit: ne his lædat: ſuperior ꝑs illius decidenda: alia ibidẽ relinquẽda ẽ. Vbi tota exẽpta ẽ: cõmittẽdæ oræ: fibulaq; his inijcienda: & ſup medicamẽtũ glutinãs dãdũ ẽ. Vbi vel tota tunica: vel aliqd ex ea relictũ ẽ pus mouẽtia ad hibẽda ſũt. ¶ De oculoꝝ vicijs q̃ ſcalpello & manu curantur. Caput. vii.

Ed vt hæc neq; genere vicii: neq; rõne curatiõis iter ſe multũ diſtãt: ſic i oculis q̃ ſ manũ poſtulãt & ipſa diuerſa ſunt: & aliter aliterq; curã. Igit i ſuperioribus palpebris veſicæ naſci ſolent pingues graueſq;: quæ vix attollere oculos ſinunt leueſq; pituitæ curſus: ſed aſſiduos i oculis mouẽt. Fere vero i pueris naſcũt. Oportet cõpreſſo digitis duobus oculo atq; ita cute itenta ſcalpello trãſuerſam lineã icidere ſuſpẽſa leuiter mãu ne veſica ipſa vulneret. & vt locus ei patefactus ẽ ipſa ꝓrumpat. tum digitis eã apprehẽdere oportet & euellere. Facile ãt ſeqt. Dein ſup vngi collirio debet ex his aliquo: quo lippiẽtes oculi ſup iungũt. pauciſſimiſq; diebus cicatricula iducit. Moleſtius ẽ vbi iciſa veſica ẽ. Effundit. n. humorem. neq; poſtea quia tenuis admodũ eſt: poteſt colligi. Si forte id incidit: eorum aliquid imponendum eſt: quæ puri mouẽdo ſunt. ¶ De crithe tuberculo palpebrarum.

Neadẽ palpebra ſup pilloꝝ locũ tuberculũ paruulũ naſcit: qd a ſimilitudie i ordei a græcis crithe noiat. Tunica qddã qd difficulter matureſcit cõpræhẽſũ ẽ. Id vel calido pãe: vel cera ſubinde calefacta foueri oportet: ſic ne nimius is calor ſit: ſed facile ea ꝑte ſuſtineatur. Hac. n. ratione ſæpe diſcutitur. interdum concoquitur. Si pus ſe oſtendit: ſcalpello diuidi debet: & quicquid intus humoris eſt: exprimi. Eodem deinde vapore poſtea quoq; foueri & ſuper inungi: donec ad ſanitatem perueniat. ¶ De chalazia palpebrarum.

Lia quoq; q̃dã i palpebris huic nõ diſſimilia naſcũt ſed neq; vtiq; figuræ eiuſdẽ & mobilia ſimul atq; digito huc vel illuc ipellũt. Ideoq; ea chalazia vocãt hæc a icidi debẽt ſi ſub cute ſunt ab exteriore ꝑte. ſi ſub cartilagĩe ab iteriore. Dei ſcalpelli manubriolo diducẽda ab itegris ꝑtibus ſunt. Ac ſi intus plaga eſt: inungendum primo lenibus: deinde acrioribus. Si extra: ſuper dandum emplaſtrum quo id glutinetur. ¶ De ungue oculoꝝ: quod pterigion a græcis uocatur.

Nguis uero: qd pterigiõ græci uocãt: ẽ mẽbranula neruoſa oriẽs ab angulo: u quæ nõnũq; ad pupillã quoq; ꝑuenit. eiq; officit. Sæpius a nariũ iterdũ ẽt a tẽpoꝝ ꝑte naſcit. Hũc recentẽ nõ difficile ẽ diſcutere medicamẽtis: qbus cicatrices i oculis extenuant ſi inueterauit: iãq; ei craſſitudo quoq; acceſſit. excidi debet. Poſt abſtinentiã uero unius diei: uel aduerſus inſedili cõtra medicũ his homo collocandus eſt: uel ſic aduerſus ut in gremiũ eius caput reſupinus effundat. Quidã ſi i ſiniſtro oculo uiciũ ẽ: aduerſum. Si i dextro: reſupinũ collocari uolũt. Alterã ãt palpebrã a miniſtro diduci oportet: alterã a medico. Sed ab hoc: ſi ille aduerſus ẽ: iferiorẽ. ſi ſupinus: ſuperiorẽ. Tũ idẽ medicus hamulũ acutũ paulũ mucrõe itus recuruato ſubijcere extremo ungui debet: eumq; ifigere: atq; eã quoq; palpebrã tradere alteri. ipſe hamulo apprehenſo leuare unguẽ. eumq; acu traijcere linum trahente. Deinde acum ponere. lini duo capita apprehẽdere: & ꝑ ea erecto ungue ſi qua ꝑte oculo ihæret manubriolo ſcalpelli diducere: donec ad angulũ ueniat. Deinde inuicẽ modo remittere: modo attrahere. ut ſic & initiũ eius & finis anguli reperiat. Duplex. n. periculum ẽ: ne uel ex ungue

aliqd relinquaťr:qđ exulceratū vix vllā recipiat curationē:vel ex angulo quoq; carūcula abſcidaťr quæ ſi vehemētius vnguis ducitť.ſequitť.Ideoq; decipit:ac ſi abſciſſa ē: patefcit foramē:p qđ poſtea ſemp hūor deſcēdit:rhypada græci vocāt. Verus ergo anguli finis vtiq; noſcēdus ē.q vbi ſatis cōſtitit nō nimiū adducto vngue ſcalpellus adhibēdus ē:deīde excidēda ea mēbranula.ne qd ex angulo lædaťr. Eo deīde ex melle linamētum ſuper dādū ē ſupraq; linteolū & aut ſpōgia aut lana ſucida ꝓximiſq; diebus diducēdus quotidie oculus ē:ne cicatrice iter ſe palpebræ glutinentť.Si qdē id quoq; terciū piculū accedit:eodēq; modo linamētū īponēdū:ac nouiſſime iungēdū collirio:quo vlcera ad cicatricē ꝓducūťr.Sed ea curatio vera eſſe debet:aut certe ante hyemē.De q̄ re ad plura loca ꝓtinēte ſemel dixiſſe ſatis erit.Nā duo genera curationū ſunt. Alia iqbus eligere tēpus nō licet:ſed vtēdū eſt eo:qđ icidit:ſicut i vulneribu: &i fiſtulis.Alia iqbus nullus dies vrget:& expectare tutiſſimū & facile ē:ſicut euenit ī ijs q̄ & tarde icreſcūt & dolore nō cruciāt:i his ver expectādum eſt.Aut ſi quid magis preſſit: melior tñ autūnus vel æſtas:quā hyems eſt.Atq; his ipſe medius:iam fractis æſtatibus:nōdū ortis frigoribus.Quo magis āt neceſſaria pars erit quæ tractabitť hoc quoq; maiori ꝓiculo ſubiecta eſt.& ſæpe quo maior plaga faciēda:eo magis hæc temporis ratio ſeruabitur.

¶De enchanti tuberculo.

Ex curatiōe vero vnguis vt dixi vicia naſcunť:quæ ipſa alijs quoq; decauſis oriri ſolēt.Interdū.n.fit i angulo:parū vngue exciſo vel aliter:tuberculū: qđ palpebras parū diduci patitť.enchātis græce noīaťr. Excidi hamulo & circuncidi debet:hic quoq; diligenter tēperata manu:ne qđ ex ipſo abſcidat. Tū exiguum linamētū reſpergendū eſt vel cadmia vel atramēto ſutorio:inq; eū angulū diductis palpebris inſerendū:ſupraq; eo dē modo deligandum.proximiſq; diebus ſimiliter nutriendū tm̄ vt primis aqua egelida vel etiam frigida foueatur.

¶De ancyloblephato oculorum vicio.

Interdū iter ſe palpebræ coaleſcūt apeririq; nō pōt oculus.Cui malo ſolet etiā illud accedere:vt palpebræ cū albo oculi cohæreſcāt:ſcilicet cū i vtroq; fuit vlcus negligēter curatū.Saneſcēdo.n.qđ diduci potuit & debuit:glutinabit.ancyloblepharos ſub vtroq; uicio græci uocāt.Palpebræ tm̄ iter ſe cohærētes nō difficulter diducūťr:ſed iterdū fruſtra nā rurſus glutināťr. Experiri tñ oportet. qa bene res ſæpius cædit.Igiťr aduerſum ſpecillū inferendū:diducēdæq; eo palpebræ ſunt:deinde exigua penicilla iterponēda donec exulceratio eius loci finiatur. Aut ubi albo ipſius oculi palpebra inhæſit:Heraclides tarētinus auctor eſt:aduerſo ſcalpello ſubſecare magna cū moderatiōe:ut neq; ex oculo neq; ex palpebra quicq̄ abſcidaťr.ac ſi neceſſe ē ex palpebra potius.Poſt hæc inungaťr oculus medicamētis qbus aſpritudo curaťr: quotidieq; palpebra uertaťr nō ſolū ut ulceri medicamētū īducaťr:ſed ēt ne rurſus inhæreat: ipſiq; ēt p̄cipitatur:ut ſæpe eam duobus digitis attollat.Ego ſic reſtitutū eſſe neminē memini.Meges ſe quoq; multa tentaſſe:neq; unq̄ profuiſſe: quia ſemper iterum oculo palpebra inhæſerit:memoriæ prodit.

¶De ægylopa fiſtula oculorum.

Tiā nū in angulo q̄ naribus ꝓpior ē ex aliquo uicio q̄ſi parua fiſtula aperitť:p quā pituita aſſidue deſtillat.ægylopa græci uocāt idq; aſſidue male habet oculū.nōnūq̄ ēt exeſo oſſe uſq; ad nares penetrat idq; iterdū naturā carcinomatis hēt. Vbi itentæ uenæ & recuruatæ ſunt:color palet:cutis dura eſt & leui tactu irritať iflāmationēq; i eas ꝓtes:q̄ coniunctæ ſunt: euocat. Ex his eos q̄ q̄ſi carcinoma habent

curare: piculoſũ eſt. Nã mortẽ quoq; ea res maturat. Eos vero quibus ad nares tendit ſuperuacuũ. Neq;. n. ſaneſcũt. At qbus id ĩ angulo ẽ põt adhiberi curatio cũ eã nõ igno tũ ſit eſſe difficilẽ. quãtoq; angulo ꝓpius id foramẽ ẽ: tãto difficilior ẽ. qm̃ ꝓ anguſtũ ẽ in quo verſari manus poſſit. Recẽti tm̃ re mederi facilius ẽ. Sed hamulo ſũmũ eius fora minis excipiendũ deinde totũ id cauũ: ſicut ĩ fiſtulis dixi: vſq; ad os excidendum: oculo q; & cæteris iunctis partibus bene obtectis os feramẽto adurendum eſt vehementius. Quod ſi iã carie vexatũ eſt: quo craſſior his ſquama acedat: qdã aduretia imponũt: vt atramentum ſutoriũ vel chalcitidẽ vel æruginem raſam. Quod & tardius & non idem facit. Oſſe aduſto curatio ſequitur eadem: quæ in cæteris vſtis.

¶ De pilis palpebrarum oculum irritantibus.

Ili vero q in palpebris ſunt duabus decauſis oculũ irritare cõſuerũt. Nã modo p palpebræ ſuperioris ſũma cutis relaxat᷑ & ꝓcidit. quo fit vt eius pili ad ipſum oculũ cõuertãt᷑: qa nõ ſimul cartilago quoq; ſe remiſit. Modo ſub ordine natu rali piloꝝ alius ordo ſubcreſcit: q ꝓtinus itus ad oculũ tẽdit. Curatiões hæ ſunt. ſi pili nati ſunt q nõ debuerũt: tenuis acus ferrea ad ſimilitudinẽ haſtæ lata in ignẽ coiciẽda ẽ. Deinde cãdẽs ſublata palpebra ſic: vt eius pnitioſi pili ĩ cõſpectum curãtis veniãt. ſub ipſis piloꝝ radicibus ab angulo imittẽda ẽ: vt ea terciã ptẽ palpebræ trãſueat. Deinde iterũ tercioq; vſq; ad alterũ angulũ. Quo fit vt oẽs piloꝝ radices aduſtæ emoriãt᷑. Tũ ſuperimponẽdũ medicamẽtũ ẽ: q᷑ iflãmationẽ ꝓhibeat. atq; vbi cruſtæ exciderũt: ad cicatricẽ ꝓducẽdũ. facillime ãt id genus ſaneſcit: qdã aiunt acu tranſui iuxta pilos in ex teriorẽ partẽ palpebræ oportere: eamq; tranſmitti duplicem capillum muliebrem du centẽ: atq; vbi acus tranſijt in ipſius capilli ſinũ qua duplicatur pilum eſſe coiciendum & per eum in ſuperiorẽ palpebræ partẽ attrahendũ. ibiq; corpori agglutinandũ & ipo nẽdũ medicamẽtũ quo foramẽ quoq; glutinet᷑. ſic. n. fore vt is pilus ĩ exteriorẽ ptẽ po ſtea ſpectet. Id primũ fieri nõ põt niſi ĩ pilo lõgiore: cũ fere breues eo loco naſcãt᷑. Dein de ſi plures pili ſunt: neceſſe eſt lõgũ tormẽtũ cũ totiens acus tranſuet magnã iflãma tionẽ moueat. Nouiſſime cũ hũor aliqs ibi ſubſit oculo & ante ꝓ pilos & tũ ꝓ palpebrę foramina affecto: vix fieri põt vt glutẽ quo vinctus eſt pilus nõ reſoluat᷑. Eoq; fit vt his eo vnde vi abductus eſt redeat. Ea vero curatio: quæ palpebræ laxioris ab oĩbus frequẽ tatur: nihil habet dubij. Si quidem oportet contecto oculo mediam palpebræ cutem ſiue ea ſuperior: ſiue inferior eſt: appræhendere digitis ac leuare. tũ cõſiderare quãtulo detracto futurũ ſit: vt naturaliter ſe habeat. Si qdẽ hic quoq; duo picula circunſtãt. Si nimiũ fuerit exciſum, ne contegi oculos nõ poſſit. Si parũ: ne nihil actũ ſit & fruſtra ſe ctus aliqs ſit. Qua deide incidẽdũ videbit᷑ ꝓ duas lineas atramẽto notãdũ ẽ: ſic vt de ĩ teriore quæ pilos cõtinet & ꝓpiore ei linea aliqd relinquat᷑: q᷑ appræhẽdere acus po ſtea poſſit. His cõſtitutis ſcalpellus adhibẽdus ẽ. & ſi ſuperior palpebra ẽ: añ. ſi iferior poſtea ꝓprius ipſis pilis icidẽdũ. initiũq; faciẽdũ ĩ ſiniſtro oculo: ab eo angulo q tpi in dextro: ab eo q naribus ꝓpior ẽ: idq; q᷑ iter duas lineas ẽ excidẽdũ. Deide orę vulneris iter ſe ſimplici futura cõmittẽdæ: operiẽduſq; oculus ẽ: & ſi parũ palpebra deſcẽdet la xãda vtiq;. ſi nimiũ: aut aſtringẽda: aut ẽt rurſus tenuis habenula ab vlteriore ora exci dẽda. V bi ſecta eſt: aliæ ſuturæ adijciendæ: q̃ ſupra tres eſſe non debent. Præter hæc in ſuperiore palpebra ſub pilis ipſis incidenda linea ẽ: vt ab inferiore parte diducti pili ſur ſũ ſpectẽt. Idq; ſi leuis iclinatio ẽ: ẽt ſolũ ſatis tueat᷑. Inferior palpebra eo nõ eget. His fa ctis ſpõgia ex aqua frigida expreſſa ſup deligãda ẽ. Poſtero die glutinans ẽplaſtrũ inij ciẽdũ. Quarto ſutura tollẽda ẽ: & collirio q᷑ iflãmationes reprimit ſup inunguẽdũ.

¶De lasophthalmo oculorum:

n Onnūq̄ ãt nimiũ sub hac curatiõe excisa cute euenit vt oculos nõ cõtegat. Idq; iterdũ ẽt alia de cã fit lasophthalmos græci appellãt. In quo si nimũ palpebræ deest: nulla id restituere curatio põt. Si exiguũ mederi licet: paulũ infra superciliũ cutis incidenda est lunata figura cornibus eius deorsum spectantibus. Altitudo esse plagæ vsq; ad cartilaginem debet ipsa illa nihil læsa. Nã si ea incisa est: palpebra cõcidit: neq; attolli postea potest: Cute igitur tm̃ diducta fit: vt paulum in ima oculi ora descendat: hiantes scilicet super plagam: in quam linamentum coiciendum ẽ: quod & coniungi diductam cutem prohibeat: & in medio caruncula citet. q̄ vbi eum locum impleuit: postea recte oculus operitur.

¶De ectropio.

u T superioris ãt palpebræ vitiũ ẽ: qđ parũ descẽdit iõq; oculũ nõ cõtegit: sic inferioris: qđ parũ sursũ attollit: sed pẽdet & hiat neq; põt cũ superiore cõmitti.

Atq; id quoq; euenit interdũ ex simili vitio curatiõis: iterdũ ẽt senectute. ectropiõ græci vocãt. Si ex mala curatiõe est: eadẽ rõ medicinæ est: q̄ supra posita est: plagæ tm̃ cornua ad maxillas non ad oculũ conuertẽda sunt. Si ex senectute ẽ: tenui ferramẽto id totũ extrinsecus adurendũ est: deinde melle inungendum. at quarto die vapore aquæ calidæ fouendum inungendumq; medicamentis ad cicatricem perducentibus.

¶De Staphylomate oculi.

h Aec fere circa oculũ i angulis palpebrisq; icidere cõsuerũt. In ipso ãt oculo nonnũq̄ sũma attollit tunica siue ruptis itus mẽbranis aliqbus siue laxatis & simIis figura acino fit. Vnde id staphyloma græci vocãt. Curatio duplex ẽ. Altera ad ipsas radices p mediũ trãsuere acu duo lina ducẽte. Deide alterius lini duo capita ex superiore pte: alterius ex iteriore astringere iter se. quæ paulatim secãdo id excidũt. Altera in sũma pte eius ad lenticulæ magnitudinẽ excidere. deinde spodiũ aut cadmiã ifricare. Vtrolibet ãt facto albũ ouilana excipiendum & imponẽdum: posteaq; vapore aquæ calidæ fouendus oculus & lenibus medicamentis vngendus est.

¶De clauis oculorum.

c Laui ãt vocantur callosa in albo oculi tubercula: qbus nomẽ a figuræ similitudine est. Hos ad imam radicẽ pforare acu cõmodissimũ est infraq; eam excidere: deinde lenibus medicamentis inungere.

¶De natura oculorum & eorum suffusione.

f Vffusiõis iã alias feci mentionẽ: quia cũ recẽs incidit medicamẽtis quoq; sæpe discutit. Sed vbi vetustior facta est: manus curationẽ desiderat: quæ inter subtilissimas haberi põt. De qua antequã dico: paucis ipsius oculi natura indicanda est. Cuius cognitio cum ad plura loca pertineat: tum vel præcipue adhuc pertinet. His igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a græcis ceratoides vocat. Ea qua parte alba est satis crassa pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta ẽ media parte: qua pupilla ẽ: modico foramine cõcaua: circa tenuis: vlterioribus ptibus ipsa quoq; plenior. quæ choroides a græcis noiat. Hæ duæ tunicæ cũ iteriora oculi cingãt: rursus sub his coeũt: extenuatæq; & i vnũ coactæ p foramẽ qđ iter ossa ẽ: ad mẽbranã cerebri pueniunt: eoq; inhærescunt. Sub his ãt qua parte pupilla est locus vacuus est. Deinde infra rursus tenuissima tunica quam herophilus arænoiden noiauit. Ea media subsidit: eoq; cauo cõtinet quiddã qđ a vitri similitudine hyaloides græci vocãt. Id neq; liquidũ neq; aridũ ẽ: sed q̄si cõcretus humor: ex cuius colore pupillæ color vel niger

eſt: vel cæſius: cũ ſumma tunica tota alba ſit. Id ãt ſuperueniens ab iteriore ꝑte mẽbranula icludit ſub his gutta humoris eſt oui albo ſimilis: aqua vidẽdi facultas ꝓficiſcit. criſtalloides a græcis noiatur. Igit vel ex morbo vel ex ictu cõcreſcit hũor ſub duabus tunicis: qua locũ vacuũ eſſe ꝓpoſui. iſq; paulati idureſcẽs iteriori potẽtiæ ſe opponit. Vicijq; eius plures ſpecies ſunt. q̃dã ſanabiles. q̃dã quæ curationẽ nõ admittunt. Nã ſi exigua ſuffuſio ẽ: ſi imobilis: colorẽ vero hẽt mariæ: aquæ: vel ferri nitẽtis & a latere ſcn ſũ aliquẽ fulgoris relinqt. ſpes ſupereſt. Si magna ẽ: ſi nigra ꝑs oculi amiſſa naturali figura i aliã vertit: ſi ſuffuſioi color cæruleus eſt: aut auro ſimilis: ſi labat & hac atq; illac mouet: vix vnquã ſuccurrit. Ferre vero peior ẽ: quo ex grauiore morbo. maioribuſue capitis doloribus: vel ictu vehemẽtiore orta ẽ. Neq; idoea curatio: ſi ſenilis ætas ẽ: quæ ſine nouo vicio tñ aciẽ hebetẽ hẽt. At ne puerilis q̃dẽ: ſed iter hæc media ætas. Oculus quoq; curatioi neq; exiguus: neq; cõcauus ſatis oportunus ẽ. atq; ipſius ſuffuſioꝭ q̃dã maturitas ẽ. Expectãdũ igit ẽ donec iã nõ fluere: ſed durities q̃dã cõcreuiſſe videat. Añ curationẽ ãt modico cibo vti: bibere aquã triduo debet. pridie ab oibus abſtinere. Poſt hæc i aduerſo ſedili collocãdus ẽ loco lucido: lumine aduerſo: ſic vt cõtra medicus paulo altius ſedeat. A poſteriore ãt ꝑte caput eius: q curabit. miniſter cõtineat: & imobile id præſtet. Nã leui motu eripi acies ĩ ꝑpetuũ pot. Quin ẽt ipſe oculus q curabit: imobilior faciẽdus ẽ: ſup alterũ lana ipolita & deligata. Curari vero ſiniſter oculus dextra manu: dexter ſiniſtra debet. Tũ acus admouẽda ẽ: aut acuta: aut forte nõ nimiũ tẽuis. eaq; demittẽda. Sed recta ẽ ꝑ ſũmas duas tunicas medio loco iter nigrũ oculi & angulũ tẽpori ꝓpiorẽ e regioe mediæ ſuffuſioꝭ: ſic ne q̃ vena lædat. Neq; tñ timide demittẽda ẽ: qa inani loco excipit. Ad quẽ cũ vẽtũ ẽ ne mediocriter q̃dẽ peritus falli pot: qa premẽti nihil renitit. Vbi eo vẽtũ ẽ: iclinãda acus ad ipſã ſuffuſionẽ ẽ. leuiterq; ibi verti & paulati eã deducere infra regionẽ pupillæ debet. Vbi deide eã trãſit vehemẽtius ĩprimi: vt iferiori ꝑti iſidat. Si hælit: curatio expleta ẽ. Si ſubide redit: eadẽ acu magis cõcidenda: & i plures ꝑtes diſſipãda ẽ. quę ſingulæ & facilius cõdũt & mius late officiũt. Poſt hæc educẽda acus recta ẽ: iponẽdũq; eſt lana molli exceptũ oui albũ: & ſupra: qd iflãmationẽ coerceat: atq; ita deuinciendũ. Poſt hæc opus eſt quiete: abſtinentia: leniũ medicamentoꝝ inunctionibus: cibo: qui poſtero die ſatis mature datur primũ liquido ne maxillæ laborent: deinde iflãmatione finita tali: qualis in vulneribus ꝓpoſitus ẽ. Quibus. vt aqua quoq; diutius bibatur: neceſſario accedit.

¶ De pituita oculorum.

d Epituite quoq; tenuis curſu: q oculos ifeſtat: quatenus medicamẽtis agẽdum eſt: iã explicui. Nũc ad ea veniã: quę curationẽ ex mãu poſtulant. A iaduertimus ãt qbuſdã nũq̃ ſicceſcere oculos: ſed ſemꝑ humore tenui madere: quę res aſpritudinẽ cõtinuat: ex leuibus momẽtis iflãmatiões & lippitudines excitat: totã deniq; vitã hois ifeſtat. Idq; in qbuſdã nulla ope adiuuari põt. i qbuſdã ſanabile eſt. Quod primũ diſcrimẽ ẽ: noſſe oportet: vt alteri ſuccurrat: alteri manus nõ injciat. Ac primũ ſuperuacua curatio ẽ i his: q ab ifantibus id viciũ habẽt: qa neceſſario manſurũ eſt uſq; mortis diẽ: Deinde nõ neceſſario ẽt in his: qbus nõ multa: ſed acris pituita ẽ. Siq dẽ manu nihil adiuuant. medicamẽtis & victus rõne: quæ craſſiorẽ pituitã reddit: ad ſanitatẽ pueniũt. Lata ẽt capita uix medicinę patẽt. Tũ itereſt uene pituitã emittãt: q̃ iter caluariã & cutẽ ſunt: an quę inter mẽbranã cerebri & caluariã. Superiores fere ꝑ tpa oculos rigant. iferiores ꝑ eas mẽbranas: quę ab oculis ad cerebrũ tẽdũt. Poteſt ãt adhiberi remediũ his: quę ſupra os fluũt: nõ põt his: quę ſub oſſe. Ac ne his q̃dẽ ſuccurrit: qbus

pituita vtrinq; descendit: quia leuata altera parte nihilominus alterã infestat. Quid sit ãt hoc rõne cognoscitur. Raso capite ea medicamẽta: quibus in lippitudine pituita su spẽditur: a supercilijs vsq; ad verticem illini debẽt. Si ficci oculi esse cœperunt apparet per eas venas: quæ sub cute sunt: irrigari. Si nihlominus madẽt: manifestũ est sub osse descendere. Si ẽ humor: sed leuior: duplex viciũ est. Plurimi tñ ex laborãtibus reperiũ tur. quos supiores venæ exerceant ideoq; pluribus ẽt opitulari licet. Idq; non in græcia tantũmodo: sed in alijs quoq; gentibus celebre est: adeo vt nulla medicinæ pars magis per nationes quoq; exposita sit. Reperti in græcia sunt qui nouẽ lineis cutẽ capitis inciderẽt: duabus in occipitio rectis: vna super eas trãsuersa: dein duabus super aures: vna inter eas itẽ trãsuersa: tribus inter verticẽ & frontẽ rectis. Reperti sunt qui a capite recte eas lineas ad tpa diducerẽt: cognitisq; ex motu maxillarũ musculorũ initijs: leuiter sup eos cutẽ inciderẽt: inductisq; p retusos hamos oris insererent linamenta: vt neq; inter se cutis antiqui fines cõmitterent & in medio caro incresceret: q̃ uenas ex qbus hũor ad oculos transiret: astringeret. Quidã ẽt atramẽto duas linea duxeret a media aure ad mediã alteram aurẽ. deinde a naribus ad verticem. Tum vbi lineæ committebantur scalpello inciderũt & post sanguine fuso os ibidẽ adusserũt. Nihilominus autẽ & in tẽporibus & inter frontẽ atq; caluariã eminẽtibus venis idẽ candẽs ferrũ admouerũt. Frequens curatio est venas in tẽporibus aducere: quæ fere q̃dem in eiusmodi malo tumẽt: sed tñ vt inflent magisq; se ostẽdant: ceruix ante modice deligãda est tenuibusq; ferramẽtis & retusis uenæ adurẽdæ: donec in oculis pituitæ cursus conquiescat. Id .n. signũ ẽ quasi excæcatorũ itinerũ p quæ humor ferebat. Valentior tamen medicina est: vbi tenues cõditæq; venæ: ideoq; legi nõ possunt. Eodẽ mõ ceruice deligata retento q; ab ipso spiritu quo magis venæ ꝓdeãt: atramento notare eas cõtra tẽpora & iter verticẽ ac frontem. deinde ceruice resoluta q̃ notæ sunt uenas incidere & sanguinẽ mittere. Vbi satis fluxit: tenuibus ferramentis adurere. Cõtra tẽpore quidẽ: timide: ne subiecti musculi qui maxillas tenent sentiãt. inter frontẽ uero & uerticẽ: vehemẽter: ut sic squama ab osse recedat. Efficatior tñ ẽt num est afrorũ curatio: q uerticẽ usq; ad os adurũt: sic vt squamã remittat. Sed nihil melius est quã q̃ in galliã quoq; comata fit. vbi uenas in tẽporibus & in supiore capitis pte legũt. Adusta quõ curãda sint iam explicui: Nũc illud adijcio: neq; ut crustæ decidãt. neq; ut ulcus ipleat adustis uenis esse ꝓperãdũ. ne uel sanguis erumpat: uel cito pus supprimat: cũ per hoc siccescere eas partes opus sit: per illud exhauriri opus nõ sit. Si quando tñ sanguis eruperit: infricanda medicamẽta esse: q̃ sic sanguinẽ supprimant: ne adurant. Quẽadmodũ ãt uenæ deligẽdæ sint: quidq; lectis his faciendum sit cum uenero ad crurum uarices dicam.

¶ De aurium morbis: qui manu & scalpello curant. Caput. viii.

Erũ ut oculi multiplicẽ curationẽ etiã manus exigunt sic in auribus admodũ pauca sunt: q̃ in hac medicinæ parte tractentur. Solet tamen euenire uel a primo natali die ꝓtinus: vel postea facta exulceratione. deinde per cicatricem aure repleta: ut foramen in ea nullum sit: ideoq; audiendi usu careat. Quod ubi incidit: specillo tentandum est: alte ne id repletum: an in summo tantum glutinatum sit. Nã si alte est: ꝑmenti nõ cedit. Si in sũmo: specillũ ꝓtinus recipit. Illud attingi nõ oportet ne sine effectus spe distẽtio oriat neruorũ: & ex ea mortis periculum sit. Hoc facile curat. Nã qua cauũ esse debet: uel medicamẽtum aliquod ponẽdũ est exaurentibus vel candente ferro apiendũ. uel ẽt scalpello inijciendũ. Cũq; id patefactũ. & iam ulcus purũ ẽ: coiciẽda eo pinna est illita medicamẽto cicatricẽ inducẽte: circaq; idẽ medicamẽ-

tum dandū: vt cutis circa pinnā ſaneſcat. quo fit vt ea remota poſtea facultas audiendi ſit. At vbi aures: in viro puta: pforatæ ſunt & offendūt: traijcere id cauū celeriter cā dente acuſatis eſt: vt leniter eius ora exulcerēt: aut ēt adurēte medicamēto idē exulcerare: poſtea deide īponere id qđ purget: tū qđ eū locū replcat & ſic cicatricē inducat. Quod ſi magnū id foramen ē: ſicut ſolet eſſe in his: qui maiora pōdera auribꝰ geferūt: incidere qđ ſupeſt ad extremum oportet: ſupra deide oras ſcalpello exulcerare: & poſtea ſuere: hac medicamētū: quo id glutinet: īponere. tertiū ē: ſi qd ibi curti ē: ſarcire: q̄ res cū ī labris quoq; & narib9 fieri poſit: eandē ēt rōnē habeat: ſimul explicanda ē.

¶ Curta ī auribus labriſq; hac naribus quomodo ſarciri & curari poſſint. Caput viiij.

Vrta igit̄ in his tribus: ac ſi qua parua paria ſunt: curari poſſunt. Si q̄ maiora
c ſunt aut nō recipiūt curationē: aut ita p hāc ipſā deformant̄: vt minus īdecora ante fuerit. Atq; in aure qdē & naribus deformitas ſola timeri pōt. In labris vero ſi nimiū cōtracta ſunt: vſus quoq; neceſſarij iactura fit: quia minus facile & cibus aſſumit̄ & ſermo explicat̄. Neq; enim creat̄ ibi corpus: ſed ex vicino adducitur. qđ in leui mutatiōe & nihil eripe & fallere oculū pōt. i magna nō pōt. Neq; ſenile āt corpus: neq; qđ malı habitus ē: neq; in quo difficulter vlcera ſaneſcunt: huic medicinæ idoneū eſt. quia nuſq̄ celerius cancer occupat aut difficilius tollit̄. Ratio curationis eiuſmodi ē. Id qđ curatū ē in quadratū redigere: ab īterioribus eius angulis lineas trāſuerſas incidere: q̄ citeriorē partē ab ulteriore ex toto diducāt: deide ea quæ ſic reſoluimus i vnū adducere. Si nō ſatis iungunt̄: vltra lineas quas ante fecimus: alias duas lunatas & ad plagā cōuerſas īmittere: qb9 ſūma tm̄ cutis diducat̄. ſic. n. fit vt facilius qđ adducit̄ ſeq poſſit. qđ nō vi cogendū ē: ſed ita adducēdū: vt ex facili ſubſequat̄: & dimiſſū nō multū recedat. Interdū āt ab altera pte cutis haud oīno adducta: deformē quē reliqt locū reddit. Huiuſmodi loci altera pars īcidēda: altera intacta habēda ē. Ergo neq; ex imis auribus: neq; ex medio naſo imis venaꝝ partibus: neq; ex angulis labroꝝ quicq̄ attrahere tētabimus. Vtrinq; autē petemus: ſi qd ſūmis auribus: ſi qd imis: ſi quid aut medio naſo: aut medijs naribus. aut medijs labris deerit. Quæ tm̄ interdū etiā duobus locis curata eſſe cōſuerūt. Sed eadē ratio curādi eſt: ſi cartılago in eo qđ inciſū ē eminet: excidēda ē. Neq; enim aut glutinat̄. aut acu tuto traijcit̄. Neq; longe tm̄ excidi debet. ne iter duas oras liberæ cutis: vtrinq; coitus puris fieri poſſit. Tū iunctę oręiter ſe ſiuendæ ſunt vtrinq; cute appræhēſa: & q̄ priores lineæ ſunt: ea quoq; futuræ inijciendæ ſūt. Siccis locis. vt in naribus: illita ſpuma argenti ſatis p̄ficit. In vlteriores uero lunataſq; plagas linamentū dandū eſt: vt caro increſcens vulnus īpleat. ſūmaq; cura qđ ita futū eſt: tuendū eſſe: apparere ex eo pōt: qđ de cancro ſupra poſui. Ergo ēt tertio quoq; die fouendū erit uapore aquæ calidæ. rurſuſq; idē medicamentū inijciendū: fereq; ſeptimo die glutinatū eſt. Tum futuræ eximi: & vlcus ad ſanitatem p̄duci debent.

¶ De polypi curatione per ferrum. Caput. x.

Olypū: vero qui in naribus naſcit̄: pręcipue ferro curari iam alias poſui. Ergo
p etiā hunc ferramento acuto in modū ſphathæ facto reſoluere ab oſſe oportet adhibita diligentia ne infra cartılago lædatur: in qua difficilis curatio eſt. Vbi abſciſſus eſt: vnco ferramēto extrahendus ē. Tum īplicitū linamētū: vel aliquid ex penicillo reſpergendum eſt medicamento: quo ſanguis ſupprimitur: eoq; nares leniter īplendæ. Sanguine ſnppreſſo: linamēto vulnus purgandū eſt. Vbi purum ē. eo pinna eodem modo quo in aure ſupprapoſitū eſt: medicamēto illita: quo cicatrix inducit̄: intus demittenda: donec ex toto id ſaneſcat.

¶De ozena. Caput.xi.

a Dautē vitiū: qđ ozena a græcis vocať: ſi medicamētis nō cederet: quēadmodū manu curādū eſſet apud magnos chirurgos nō repperi. Credo quia res raro ad ſanitatē ſatis ꝓficit cū aliqđ in ipſa curatione tormētum habeat. Apud quoſdā tñ poſitū ē vel ſutilē fiſtulā vel cnodē ſcriptoriū calamū in narē eſſe coiciēdū donec ſurſum ad os pueniat: tū p id tenue ferramētū candēs dandū eſſe ad ipſū os. deīde aduſtū locū purgādū eſſe ærugine & melle. Vbi purus ē: lycio ad ſanitatē pducendū. Vel narē incidēda eē ab vna pte ad os: vt & cōſpici locus poſſit & facilius cādens ferramētū admoueri. Tū ſui narē debere. & aduſtū qdē vlcꝰ eadē rōne curari. Suturā vero illini vel ſpūa argēti vel alio glutināte. ¶De oris vicijsq̄ māu & ferro curāť. Caput. xii.

¶De dentibus.

i Nore quoq; q̄dā manu curanť. Vbi in primis dētes nōnū q̄ mouentur mō ꝓp radicū ibecillitatē mō ꝓpter gingiuarū areſcentiū viciū. Oportet in vtrolibet candēs ferramētū gingiuis admouere vt leuiter attīgat: nō vt inſidat. Aduſtę gingiuæ melle illinēdæ & mulſo eluēdæ ſūt. Vt pura vlcera eē cœperūt arida medicamēta ifricanda ſūt ex his q̄ reprimūt. Si vero dens dolores mouet: eximiq; eū: qa medicamēta nihil adiuuāt: placuit: circūdari debet. vt gingiua ab eo reſoluaťur. Tumis cōcutiēdus ē. Eaq; faciēda donec bene moueať. Nā dens hærēs cū ſummo periculo euellíť: ac nōnunq̄ maxilla loco moueť. Idq; ēt maiore ꝑiculo in ſupioribus dētibus fit: qa pōt tēpora oculos ue cōcutere. Tū ſi fieri pōt manu: ſi minus: forfice dens excipiēdus: Ac ſi exeſus ē: ante: id foramē vel linamēto: vel bene accōmodato plūbo replēdū ē: ne ſub forfice cōfringať. recta uero forfex ducēda eſt: ne iflexis radicibus: os earū: cui dēs inhæret ꝑte aliq̄ frangať. Neq; ideo nullū eius rei ꝑiculū ē: vtiq; in dētibus breuibus q fere lōgiores radices habēt. Sæpe enim forfex cū dentē cōprehēdere nō poſſit: aut fruſtra cōprehēdat: os gingiuæ prehēdit & frāgit. Protinus āt vbi plus ſanguinis ꝓfluit: ſcire licet aliqd ex oſſe fractū eē. Ergo ſpecillo cōquirēda ē teſta quæ receſſit & volſella ꝓtrahēda ē. Si nō ſeqť incidi gingiua debet donec labās oſſi teſta recipiať. Quod ſi factū ſtatī nō eſt: indureſcit extrinſecus maxilla: ut his hiare nō poſſit. Sed īponendū calidū ex farina & fico cataplaſma ē donec ibi pus moueať. Tum incidi gingiua debet: Pus quoq; multū ꝓfluēs oſſis fracti nota ē. Itaq; ēt tū id extrahi conuenit. Nōnunq̄ ēt eo læſo fiſtula fit quæ eradi debet. Dēs āt ſcaber qua ꝑte niger ē: radēdus ē: illinenduſq; roſæ flore cōtrito: cui gallæ q̄rta pars & altera myrræ ſit adiecta. Cōtinendūq; ore crebro vinū meracum. Atq; in eo caſu velādum caput: ambulatiōe multa: frictione capitis: cibo nō acri ueniendū ē. At ſi ex ictu uel alio caſu aliqd labāt dētes auro cū his q bene hærēt uincēdi ſunt. Cōtinendaq; ore reprimentia: ut uinū in quo malicoriū decoctū aut in quo galla cādens cōiecta ſit. Si quādo ēt in pueris alter dens naſciť quā prior excidat: is qui cadere debuit circū purgādus & euellēdus eſt. is qui natus eſt in locū prioris quotidie digito adurgēdus dōec ad iuſtā magnitudinē pueniat. Quotienſcūq; dē te exēpto radix relicta ē: ꝓtinus ea quoq; ad id facta forfice. quā rizan græci uocāt: eximēda eſt. Tonſillas āt quæ poſt iflāmationes induruerūt antidyades aūt: græcis appellanť: cū ſub leui tunica ſint oportet digito circū radere & euellere. ſi ne ſic quidem reſoluunť: hamulo excipere: & ſcalpello excidere: tū ulcus aceto eluere: & illinere uulnus medicamēto: quo ſāguis ſupprimať. ¶De uua:

u Va ſi cū inflāmatione deſcendit: doloriq; ē & ſub rubicundi coloris: præcidi ſine periculo non pōt. Solet enim multū ſanguinē effundere. Itaq; melius eſt his uti: quæ alias ꝓpoſita ſunt, Si uero inflāmatio quidem nulla eſt nihilomi

nus ãt ea vltra iuſtum modum apituita deducta eſt: & eſt tenuis: acuta. alba: præcidi debet. Itemq; ſi ima: liuida & craſſa: ſumma: tenuis eſt. Neq; quicq̃ cõmodius eſt quã volſella prehendere: ſub eaq; qd volumus excidere. Neq; enim vllum periculum ẽ ne plus minus ue p̃cidatur: cum liceat tantum infra vulſellam relinquere: quantum inutile eſſe manifeſtum eſt. idq; p̃cidere quo longior vua eſt quam eſſe naturaliter debet. Poſt curationem eadem facienda ſunt: quæ intonſillis proxime poſui.

¶ De lingua.

l Ingua vero quibuſdam cũ ſubiecta parte a primo natali die iuncta eſt: qui ob id ne loq quidẽ poſſunt: hoꝛ extrema lingua vulſella p̃hendenda eſt: ſub eaq; mẽbrana incidenda: magna cura habita: ne venæ quæ iuxta ſunt: violenter: & ꝓfuſione ſanguinis noceãt. Reliqua curatio vulneris in prioribus poſita eſt: Et pleriq; quidem vbi conſanuerunt loquuntur: Ego autem cognoui qui ſucciſa lingua cũ abũ de ſuper dentes eã p̃meret: non tñ loquendi facultatẽ cõſecutus eſt. Adeo in medicine etiã vbi ꝓpetuum eſt qd fieri debet: non tamen perpetuum eſt id qd ſequi conuenit.

¶ De abſceſſu ſub lingua.

V b lingua quoq; ĩterdũ aliq̃d abſcedit: quod fere conſiſtit ĩ tunica: doloreſq; magnos mouet. qd ſi exiguũ ẽ incidi ſemel ſatis ẽ. ſi maius: ſũma cutis vſq; ad tunicã excidẽda ẽ. deĩde vtriq; horæ hamulis excipiẽdæ: & tunica vndiq; circũ data liberãda ẽ: magna diligẽtia ꝓ oẽm curationẽ habita: ne qua maior vena ĩcidatur.

¶ De labris.

Abra ãt ſæpe finduntꝰ: eaq; res habet cũ dolore etiã hãc moleſtiã: quod ſermo prohibetꝰ. qui ſubinde eas rimas cũ dolore diducẽdo ſanguinẽ citat. Sed has: ſi in ſũmo ſunt: medicamẽtis curare cõmodius ẽ. q̃ ad vlcera oris fiũt. Si vero altius deſcenderũt: neceſſariũ ẽ tenui ferramẽto adurere. qd ſphathæ ſimile quaſi tranſcurrere: nõ ĩprimi debet. Poſtea facienda eadẽ ſũt q̃ in auribus aduſtis expoſita ſunt.

¶ De ceruicis vicijs & curatione. Caput tertiumdecimũ.

T in ceruice inter cutẽ & aſperã arteriã tumor ĩcreſcit: brochoceolen græci uocant. quo mõ caro habes: mõ humor aliquis melli aquæ ve ſimilis includitur. interdũ ẽt minutis oſſibus pili in mixti. Ex quibus quicq̃d ẽ qd tunica cõtinetꝰ põt adurẽtibus medicamẽtis curari quibus ſũma cutis cũ ſuperiecta tunica exeritur. Quo facto ſiue humor ẽ: ꝓfluit. ſiue qd dẽſius: digitis educitꝰ. tũ vlcus ſub linamẽtis ſaneſcit. Sed ſcalpelli curatio breuior ẽ. Medio tumor vna lenia incidituꝰ vſq; ad tunicã. Deide vicioſus ſinus ab ĩtegro corpe digito ſeparatꝰ: totuſq; cũ uelamẽto ſuo eximituꝰ. Tũ aceto: cui uel ſalẽ uel nitrũ aliqs adiecit: eluituꝰ. oræq; una ſutura iunguntꝰ cæteraq; eadẽq; q̃ ĩ alijs futuris ſup inijciũtꝰ. Lẽiter deide: ne fauces urgeat: deligatꝰ ſi qñ ãt tũica exmi nõ potuerit: ĩtus iſpgẽda: adurẽtia: linamẽtiſq; curãdũ ẽ cęteris pus mouẽtib9.

¶ De umbilici uicijs. Caput quartũdecimum.

V nt etiã circa umbilicũ plura uicia. de quibus ꝓpter raritatẽ ĩter auctores parũ cõſtat. Veriſimile ẽ ãt id a quoq; p̃termiſſũ qd ipſe non cognouerat: a nullo id qd nõ uiderat: fictũ. Cõmune oĩbus eſt umbilicũ in decore ꝓminere. Cauſę requirũtur. Meges tres has poſuit. Modo inteſtinum eo irrumpere. modo omẽtum. modo humorẽ. Soſtratus nihil de omento dixit. Duobus hiſdẽ adiecit: carnem ibi interdũ increſcere: eãq; modo ĩtegrã eſſe: modo carcinomati ſimilẽ. Gorgias ipſe quoq; omẽti mentionẽ omiſit. Sed eadẽ tria cauſatus ſpiritũ quoq; interdũ eo dixit irrumpere. Heron oĩbus his quattuor poſitis & omenti mẽtionem habuit & eius qd ſimul & omẽtũ & inteſtinũ habuerit. Quid autẽ hoꝛ ſit: his indicijs cognoſcitur Vbi ĩteſtinũ

ꝓlapſum ē: tumor neq; durus neq; mollis eſt oī frigore cōminuit᷑: nō ſolū ſub oī calore: ſed ēt retēto ſpiritu creſcit. Sonat īterdū: atq; vbi reſupinatus eſt aliqs delapſo intestino ipſe deſidit. Vbi vero omentū ē. cætra ſimilia ſūt: tumor mollior & ab ima parte latus: extenuatus in verticē ē. ſi qs apprehendit: elabit᷑. Vbi vtrunq; ē: inditia quoq; mixta ſunt: & inter vtrūq; mollities. At caro durior ē: ſempq; ēt reſupinato corpore tumet: ꝑmentiq; nō cedit: prioribus facile cedētibus. Si vicioſa eſt eaſdem notas habet: q̄s ī carcinomate expoſui. Humor āt ſi præmit᷑. circūfluit: At ſpiritus ꝑſſus cedit: ſed ꝓtinus redit reſupinato quoq; corpe tumorē in eadē figura tenet. Ex his id q; ex ſpiritu viciū ē: medicinā non admittit Caro quoq; carcinomati ſimilis cū piculo tractat᷑. Itaq; omittēda ē Sana excidi debet: idq; vulnus linamētis curari. Humorē qdā vel inciſo ſūmo tumore effundūt: & vulnus hiſdē linamētis curāt. In reliqs variæ ſniæ ſunt. Ac reſupinādū quidē corpus eſſe res ipſa teſtat᷑. vt in vterū. ſiue inteſtinū: ſiue omentū ē: delabat᷑. Sinus vero ūbilici tū vacuus a qbuſdā duabus regulis exceptus ē: vehementerq; earū capitibus deligatis ibi emoritur. A qbuſdā ad imū acu traiectatur duo lina ducēte. deinde vtriuſq; lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringunt᷑. Quod ī vna quoq; oculi fit. Nā ſic id qd᷑ ſupra vinculū eſt: morit᷑. Adiecerūt qdā vt anteq̄ vicirēt: ſūmū vna linea icideret: excideretq;: quo facilius digito demiſſo qd᷑ illuc irrupiſſet: depellerēt. tū deide vixerūt. Sed abūde ē: iubere ſpiritū cōtinere: vt tumor quātus maximus eſſe pōt: ſe oſtēdat. tū imā baſim eius atramēto notare: reſupinatoq; hoie: digitis tumorē eū premere: vt ſi quid delapſū nō eſt: manu cogat᷑. Poſt hæc umbilicum attrahere: & qua nota atramēti eſt lino vehemēter aſtringere. Deide partē ſupiorē aut medicamētis aut ferro adurere donec emoriat᷑. Atq; ut cætera uſta ulcus nutrire. Idq; nō ſolū ubi inteſtinū uel omētū uel utrunq; ē: ſed ēt ubi humor ē: optime ꝓficit. Sed ante q̄dā uiſenda ſunt: ne qd᷑ ex uinculo piculū ſit. Nā curatiōi neq; infans: neq; aut robuſtus annis: aut ſenex aptus ē: ſed a ſeptimo fere anno ad quartūdecimū. Deinde ei corpus idoneū eſt id: qd᷑ integrū eſt. At qd᷑ mali habitus eſt: quodq; papulas: ꝑpetigines: ſimiliaq; habet idoneū non ē. Leuibus quoq; tumoribus facile ſubuenit᷑. At in eorum qui nimis magni ſūt curatiōe piculū ē. Tēpus āt anni & autūnale & hibernū uitandū eſt. Ver idoneū maxie eſt. Ac prima æſtas nō aliena eſt. Præter hæc abſtinere pridie debet. Neq; id ſatis eſt. Sed aluus quoq; ei ducēda eſt: quo facilius oīa q̄ exceſſerunt: ītra aluū cōſidāt.

¶ Quō aqua hydropicis emittatur: Caput. xv.

Quā his q hydropici ſunt emitti oportere alias dixi. Nūc quēadmodū id fiat dicendū. Quidā āt qui ſub ūbilico fere quattuor interpoſitis digitis a ſiniſtra ꝑte. Quidā ipſo umbilico ꝑforato. facere cōſuerūt. Quidā cute primum adusta. deinde īteriore abdomine iciſo. quia qd᷑ ꝑ ignē diuiſū eſt: minus celeriter coit. Eramētū āt demittit᷑: magna cura habita ne qua vena incidatur. Id tale eſſe debet: ut fere tertiā digiti partē latitudo mucronis īpleat. Demittēdūq; ita eſt. ut mēbranā quoq; trāſeat: qua caro ab īteriore ꝑte finit᷑: eo tū plūbea aut ænea fiſtula coiciēda ē: uel recuruatis in exteriorē ꝑtē labris. uel in media circū ſurgēte: q̄dā mota: ne tota intus delabi poſſit. huius ea pars q̄ ītra paulo lōgior eſſe debet quā q̄ extra: ut ultra 'ulteriorem mē branā ꝓcedat: ꝑ hāc effundēdus humor ē. Atq; ubi maior ꝑs eius euocata ē: cludenda demiſſo linteolo fiſtula ē. & ī uulnere: ſi id uſtū nō ē: reliquēda. Deīde ꝑ iſequētes dies circa ſingulas heminas emittēdū: dōec nullū aq̄ ueſtigiū appareat. Quidā tñ etiā non uſta cute ꝓtinus fiſtulā recipiūt & ſup vulnus ſpongiā exp̄ſſā deligāt. Deide poſtero die rurſus fiſtulā demittūt qd᷑ recēs uulnus paulū diductū patit᷑: ut ſiqd hūoris ſupeſt emittat᷑. Idq; bis ita feciſſe cōtēti ſūt. ¶ De iteſtioꝝ uulneratoꝝ curatiōibꝫ. Caput. xvi.

Onnūquā āt vēter ictu aliquo pforatur: ſeqturq; vt iteſtina euoluant. Quod
a ante oīa ducit᷑. tū uulsella tuberculū aꝑhēsum iuxta radices excidītur. Quod ubi factū ē eadē sequt᷑: q̄ supra post curationē adhibēda esse ꝓposui. Tantummō si q̄d īcrescit squama æris coercēdū ē. Ora ēt uenarū fundētia sanguinē sic tollunt᷑: Vbi sanguini. q effluit. sanies adijcit᷑: aluus acrius ducit᷑: quo magis ore ꝓmoueant᷑. Eoq; fit: ut oīa uela: quasi capitula cōspicua sint. Tū si capitulū exiguū ē: basimq; tēuē habet: astringēdū lino paulū supra ē: quā ubi cū ano. cōmittit᷑. Imponēda spōgia aqua calida ē donec id libeat. Deīde aut ungue: aut scalpello supra nodū id exulcerandū est. Quod nisi factū ē: magni dolores subsequunt᷑. īterdū ēt urinæ difficultas. si id maius ē: & basis latior: hamulo uno aut altero excipiendū ē: paulūq; supra basim incidendū: neq; relinquēdū quicq̄ ex eo capitulo neq; quicq̄ ex ano demēdū ē. Quod cōsequit᷑ his q neq; nimiū neq; parꝝ hamos ducit. Qua incisum ē: acus debet īmitti: infraq; eā lino id capitulū alligari: si duo triaue sūt: imū quodq; primū curādū ē. Si plura: nō oīa simul ne tēpore eodē undiq; teneræ cicatrices sint. Si sanguis ꝓfluit: excipiēdus ē spongia: deinde linamētū īponēdum. Vngēda fœmina & inguina & qcqd iuxta ulcus ē. cæratū q; sup dandū ē. Farina hordeacea calida īplenduq; his locus ē. Sic deligādus ē. Postero die is desidere in aqua calida debet: eodēq; cataplasmate foueri: Acbis die & ante curationē & post eā ceruices ac fœmina liqdo cærato pungēda sūt: tepidoq; is loco cōtinēdus. Interpositis quinque aut sex diebus oriculario specillo linamēta educēda. Si capitula simul nō excidērūt: digito ꝓmouēda. Tū lēiḇ: medicamētis hisdēq;: q̄ alibi posui: ulcera ad sānitatē pducēda. finito uitio quēadmodū agēdū eēt iā alias supi: exposui.

¶ De uaricum curatione. Caput. xxxi.

Bhis ad crura ꝓximus trāſitus ē in qbus orti varices nō difficili rōne tollunt᷑:
a Huc āt & earū venularū: q̄ in capite nocēt. & eoꝝ varicū: q in vētre ſunt: cura
tionē diſtuli: quoniā vbiq; eadē ē. Igit᷑ vena oīs: q̄ noxia ē. aut aduſta tabeſcit.
aut manu excidit᷑. Si recta ē: ſi quāuis trāſuerſa: tn̄ ſimplex: ſi modica ē: melius aduri
tur. Si curua ē & velut in orbes quoſdā īplicat᷑. pluresq; inter ſe iuoluū t᷑: vtilius exime
re ē: Adurēdi ratio hæc ē. Cutis ſuꝑ icidit᷑. tū patefacta vena tenui & retuſo ferramēto
candente modice ꝑmit᷑: vincaturq; ne plagæ ipſius oræ adurant᷑. q̄s reducere hamulis
facile ē. Id iterpoſitis fere quaternis digitis ꝑ totū varicē fit: & tū ſuꝑimponit᷑ medica-
mētū: quo aduſta ſanant᷑. At excidit᷑ hoc mō. Cute eadē rōne ſuꝑ venam īciſa hamulo
oræ excipiūt᷑: ſcalpelloq; vndiq; a corpe vena diducit᷑: caueturq; ne iter hæc ipſa lędat᷑:
eiq; retuſus hamulus ſubijcit᷑: iterpoſitoq; eodē fere ſpacio. qd᷑ ſupra poſitū ē: in eadē
vena idē fit: q̄ quo tēdat facile hamulo extēto cognoſcit᷑. Vbi iā idem: quacūq; varices
ſūt: factū ē: vno loco adducta ꝑ hamulū vena ꝑcidit᷑. deide q̄ ꝓximus hamus ē. attra-
hit᷑ & euellit᷑: ibi rurſus abſcidit᷑: Ac ſic vndiq; varicib9 crure liberato: tū plagarū oræ
cōmittū t᷑: & ſuꝑ ēplaſtrū glutinās injcit᷑. ¶ Curatio digitoꝝ cohęrētiū. Caput. xxxij.
T ſi digiti vel in vetero ꝓtinus: vel ꝑ cōmunē exulcerationem poſtea cohæſe
a rūt: ſcalpello diducūtnr. dein ſeparati vterq; nō pīgui ēplaſtro circūdat᷑. Atq;
ita ꝑ ſe vterq; ſaneſcit. Si vero fit vlcus in digito. poſteaq; male īducta cicatrix
curuū eū reddit: primū malagma tētādū ē. Dei ſi id nihil ꝓdeſt qd᷑ & i veteri cicatrice:
& vbi nerui læſi ſūt euenire cōſueuit. videre oportet nerui ne id uiciū: an cutis ſit. Si ner
ui ē: attīgi nō debet. Neq; enī ſanabile ē. Si cutis: tota cicatrix excidēda ē. q̄ feræ calloſa
efficit: ut extēdi digitū nō patiat᷑. tū rectus ſic ad nouā cicatricem perducendus eſt.
¶ De cangrenæ curatione. Caput. xxxiij.
Angrena iter ungues alaſq; aut īguina naſci. & ſi qñ medicamēta uincunt᷑ mē
c brū præcidi oportere. alio loco mihi dictū ē. Sed id quoq; cū ꝑiculo ſūmo fit.
Nā ſæpe in ipſo ope: uel ꝓfuſione ſanguinis uel aiæ defectiōe moriunt᷑. Vereq;
hic quoq; nihil itereſt an ſatis tutū p̄ſidium ſit. qd᷑ unicū eſt. Igit᷑ inter ſanā uitiatamq;
partē incidēda ſcalpello caro uſq; ad hos eſt: ſic ut neq; cōtra ipſū articulū id fiat. & po
tius ex ſana parte aliqd excidatur: quā ex ægra relinquat᷑. Vbi ad os uentū eſt: reducē-
da ab eo ſana caro & circa os ſubſecāda ē. ut ea quoq; parte aliqd os nudet᷑: dein id ſer-
rulā ꝑcidendū eſt quā ꝓxime ſanæ carni ēt inhærenti. ac tū frons oſſis: quā ſerrula exaſ
pauit leuanda eſt. ſupraq; inducenda cutis: q̄ ſub eiuſmodi curatione laxa eſſe debet ut
quam maxime undiq; os contegat. Quo cutis inducta non fuerit id linamentis erit cō
tegendum & ſuper id ſpongia ex aceto deliganda. Cætera poſtea ſic facienda. ut i uul-
neribus: in quibus pus moueri debet: præceptū eſt. Finis ſeptimi libri

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER OCTAVVS.

¶ De poſitu & figura totius humani corporis. Caput primū.
Vpereſt ea pars: q̄ ad oſſa pertinet. q̄ quo facilius accipi poſſit: prius
poſitus: figuraſq; eorū īdicabo. Igit᷑ caluaria īcipit ex īteriore ꝑte cō-
caua: extrinſecus gibba: utrinq; læuis & q̄ cerebri mēbranā cōtegit.
f & q̄ cute capillū gignēte cōtegit᷑. Eaq; ſimplex ab occipitio & tpibus
duplex uſq; i uerticē a frōte ē. Oſſaq; eius ab exteriorib9 ꝑtib9 dura:
ab īterioribus: qbus iter ſe cōnectū t᷑: melliore ſunt. Interq; ea uenæ
diſcurrūt. q̄s his alimētū ſubminiſtrare credibile ē. Raro āt caluaria ſolida ſine ſuturis
eſt. Locis tn̄ æſtuoſis facilius iuenit᷑. Et id caput firmiſſimū: atq; a dolore tutiſſimū ē:

ex cæteris: quo ſuturæ pauciores ſunt: eo capitis valetudo cõmodior eſt. Neq; n. certus earũ numerus ẽ: ſicut ne locus qdẽ: Fere tñ duæ ſup aures: tpa a ſupiore capitis pte diſcernũt. Tertia ad aures p verticẽ tendens: occipitiũ a ſũmo capite diducit. Quarta ab eodẽ vertice p mediũ caput ad frontẽ ꝓcedit eaq; mõ ſub imo capillo deſinit: mõ frontẽ ipſã ſecans iter ſupcilia finit. Ex his cæteræ qdẽ ſuturæ in vnguem cõmittuntur. Hæ vero quæ ſup aures trãſuerſæ ſunt. totis oris paulatim extenuant: atq; ita inferiora oſſa ſupioribus leniter iſidunt. Craſſiſſimũ vero in capite os poſt aurẽ eſt. qa capillus vt veriſimile ẽ: ob id ipſum nõ gignit. Sub his quoq; muſculis: q tpa cõnectũt: os mediũ in exteriorẽ partẽ inclinatã poſitũ eſt. At facies ſuturã habet maximã: q a tẽpore ĩcipiẽs p medios oculos nareſq; trãſuerſa puenit ad alterũ tẽpus. Aqua breues duæ ſub iterioribus angulis deorſum ſpectãt. Et malæ quoq; in ſũma parte ſingulas trãſuerſas ſuturas habẽt. A mediiſq; naribus aut ſupioꝛ dẽtiũ gingiuis p mediũ palatum vua ꝓcedit: aliaq; trãſuerſa idẽ palatũ ſecat. Et ſuturæ qdẽ in plurimis hæ ſunt. Foramina ãt ĩtra caput maxima oculoꝛ ſunt. deĩde nariũ: tũ q in auribus habemus. Ex his q oculoꝛ ſunt: recta ſimpliciaq; ad cerebrũ tẽdũt. Nariũ duo foramina oſſe medio diſcernunt. Siqdẽ hæc primũ a ſupcilijs angulisq; oculoꝛ oſſe ĩchoant ad tertiã fere partẽ: deĩde in cartilagine verſæ quo ꝓpius ori deſcẽdũt: eo magis carũcula quoq; molliũtur. Sed ea foramina q a ſũmis ad imas nares ſimplicia ſũt. ibi rurſus ĩ bina itinera diuidunt. Aliaq; ex his ad fauces puia ſpũm & reddũt & accipiũt: alia ad cerebrũ tendũt. In ultima pte in multa & tenuia foramina diſſipant: p q ſenſus odoris nobis datur. In aure quoq; primo rectũ & ſimplex iter ꝓcedẽdo flexuoſũ fit. qd ipſum iuxta cerebrũ in multa & tenuia foramina diducit: per q facultas audiẽdi eſt: iuxtaq; ea duo paruuli q̃ſi ſinus ſũt: ſupq; eos finit os: qd trãſuerſũ a gẽis tẽdẽs ab ĩferioribus oſſibus ſuſtinetur. iugale appellari põt ab eadẽ ſimilitudine a qua id græci zygodes appellant. Maxilla vero ẽ molle os: eaq; vna ẽ: cuius eadẽ & media & ẽt ima pars mentũ ẽ. a quo vtrinq; ꝓcedit ad tẽpora ſolaq; ea mouet. Nã malæ cũ toto oſſe: qd ſupiores dẽtes exigit ĩmobiles ſunt. Verũ ipſius maxillæ partes extremæ q̃ſi bicornes ſunt. Alter ꝓceſſus ĩtra latior: vertice ipſo tenuat: lõgiuſq; ꝓcedẽs ſub oſſe iugali ſubit: & ſup id tẽpoꝛ muſculis illigat: Alter breuior & rotũdior & in eo ſinu q iuxta foramina auris ẽ cardinis modo fit: ibiq; huc & illuc ſe ĩclinans. maxillæ facultatẽ motus p̃ſtat. Duriores oſſe dẽtes ſũt quoꝛ pars maxillæ: pars ſupiori oſſi malarũ hæret. Ex his quaterni primi qa ſecãt temnici a græcis noĩantur. hi deĩde quattuor caninis dẽtibus ex oĩ parte cinguntur. Vltra quos vtrinq; fere maxillares quaterni ſunt: p̃terq; in his: in qbus tres vltimi: qui ſero gigni ſolent: non increuerunt: Ex his priores ſingulis radicibus: maxillares vtiq; binis: q dã ẽt ternis quaterniſue nitunt. Fereq; longior radix breuiorẽ dentẽ edit. rectiq; dentis recta ẽt radix. curui flexa eſt. exq; eadẽ radice in pueris nouus dens ſubit: q multo ſæpius priorẽ expellit: ĩterdũ tñ ſupra infraue eũ ſe oſtẽdit. Caput aũt ſpina excipit. Ea conſtat ex vertebris q̃ttuor & viginti. Septem in ceruice ſunt duodecim ad coſtas. reliquæ qnque ſunt ꝓximæ coſtis. Hæ teretes breueſq; ab vtroq; latere: ꝓceſſus duos exigũt: Mediæ p̃foratæ: q̃ ſpinæ medulla cerebro commiſſa deſcendit. Circa quoq; per duos ꝓceſſus tenuibus cauis peruiæ: per q̃ a mẽbrana cerebri ſimiles mẽbranulæ deducuntur. Oẽſq; vertebræ exceptis tribus ſũmis a ſuperiore parte in ipſis proceſſibus parum deſidentis ſinus habent: ab inferiore alios deorſum uerſus proceſſus exigunt. Sũma igitur protinus caput ſuſtinet: per duos ſinus receptis exiguis eius proceſſibus. Quo fit: vt caput ſurſum deorſum verſũ tuberibus exaſperetur ſecũda ſupiori pti inferiore. Quod ad circuitum pertinet: pars ſũma anguſtiore orbe finitur. Itaq; ſuperior ſũmæ

circũdata. in laterã quoq; caput moueri ſinit. Tertia eodẽ mõ ſecundã excipit. Ex quo facilius ceruici mobilitas ẽ Ac ne ſuſtinere qdẽ caput poſſet: niſi vtriq; recti valenteſq; nerui collũ cõtinerẽt: quos cerotas græci appellãt. Si qdẽ hoꝛ iter oẽs flexus alter ſemp itẽtus vltra ꝓlabi ſupiora nõ patit. Iamq; vertebra tertia tubercula quæ iferiori iſerãtur: exigit. Cæteræ ꝓceſſibus deorſũ ſpectãtibus in iferiores inſinuãt. ac p ſinus quos vtrinq; habẽt: ſupiores accipiũt: multiſq; neruis & multa cartilagine cõtinẽtur. Ac ſic vno flexu modico in prõptum dato cæteris negocijs homo & rectus inſiſtit & aliquid ad neceſſaria opa curant. Infra ceruicẽ vero ſũma coſtat cõtra humeros ſita eſt: ide vndecim iferiores vſq; ad imũ pectus pueniũt hæq; primis ptibus rotundæ & leniter quaſi capitulatæ vertebraꝛ trãſuerſis ꝓceſſibus ibi quoq; paulũ iſinuatis inhærẽt. Inde pateſcũt & in exteriorẽ partẽ recuruatæ paulatim in cartilaginẽ degenerãt. Eaq; parte rurſus i iteriora leniter flexæ cõmittunt cũ oſſe pectoris. Quod valẽs & durũ a faucibus incipit: ab vtroq; latere lunatũ: & a præcordijs iã ipſum quoq; cartilagine mollitũ terminat. Sub coſtis vero prioribus: quinque q̃s rhoas græci noiant: breues tenuioreſq;: atq; ipſæ quoq; paulatim in cartilaginẽ verſæ: extremis abdominis partibus inhæreſcũt. imaq; ex his maiore iã pte nihil niſi cartilago ẽ. Rurſus a ceruice duo lata oſſa vtriq; ad ſcapulas tendũt. noſtri ſcoptula opta: omoplatas græci noiant. Ea in ſũmis verticib9 ſinuata: ab his triangula. paulatiq; lateſcẽtia ad ſpinã tendũt: & quo latiora quaq; pte ſunt hoc hebetiora. Ac que ipſa quoq; in imo cartilaginoſa poſteriore parte velut innatãt: qm̃ niſi in ſũmo nulli oſſi ihæreſcũt. Ibi vero validis muſculis neruiſq; cõſtricta ſũt At a ſũma coſta paulo iterius quã vbi ea media ẽ: os excreſcit: ibi qdem tẽue: ꝓcedẽs vero quo ꝓpius lato ſcapularũ oſſi fit: eo plenius latiuſq; & paulatim in exteriora curuatũ. qd ꝓpius: altera verticis pte modice itumeſcẽs: ſuſtinet ingulũ: Id ãt ipſũ recuruũ ac neq; iter duriſſima oſſa numerandũ: altero capite in eo qd poſui: altero i exiguo ſinu pectoralis oſſis inſidit: paulũq; motu brachij mouet & cũ lato oſſe ſcapulaꝛ ifra caput: eius neruis & cartilagini cõnectit. Hinc humerus incipit extremis vtrinq; capitibus tumidus mollis ſine medulla cartilaginoſus. medius teres durus medullo ſus leniter gibbus & in priorẽ & in exteriorẽ ptẽ. Prior ãt pars eſt q̃ a pectore ẽ: poſterior q̃ ab ſcapulis: iterior quæ ad latus tẽdit: exterior: q̃ ab eo recedit. qd ad oẽs articulos ptinere in vlterioribus patebit. Supius ãt humeri caput rotũdius quã cętera oſſa: de qb9 adhuc dixi: verticilatis ſcapulaꝛ oſſib9 inſerit ac maiore pte ex trãſitu neruis deligat. At inferius duos ꝓceſſus habet. iter quos qd mediũ ẽ: magis ẽt extremis partibus ſinuat. Quæ res ſedẽ brachio p̃ſtat. Quod cõſtat ex oſſibus duob9. Radius: quam certicida græci appellãt: ſupior breuiorq; & primo tenuior rotũdo & leniter cauo capite exiguũ humeri tuberculũ recipit. atq; ibi neruis & cartilagine cõtinetur. Cubitus inferior lõgiorq; & primo plenior in ſũmo capite: duobus quaſi verticibus extãtib9 in ſinu humeri quẽ iter duos ꝓceſſus eius cẽ ꝓpoſui: ſe iſerit. Primo vero duobus radijs brachij oſſa iuncta paulatim dirimunt: rurſuſq; ad manũ coeũt mõ craſſitudinis mutato: Siqdẽ ibi radius plenior: cubitus admodũ tenuis ẽ. Dein radius in caput cartilaginoſũ cõſurgẽs: in verticẽ eius ſinuat: cubitus rorũdus in extremo: pte altera paulũ ꝓcedit. Ac ne ſæpius dicẽdũ ſit. illud ignorari ñ oportet. plurima oſſa i cartilaginẽ deſinere: nullũ articulũ nõ ſic finiri. Neq; n. aut moueri poſſet: niſi leui initeret: aut cũ carne neruiſq; cõiungi: niſi ea media quædã materia cõmitteret. In manu vero prima palmæ pars ex multis minutiſq; oſſibus cõſtat: quoꝝ numerus icertus ẽ. Sed oblõga oia & triangula ſtructura q̃dã iter ſe cõnectunt: cũ iuicẽ ſupior alterius angulus: alterius planities ſit. eoq; fit ex his unius oſſis paulũ i iteriora cõcauis ſpecies. Verũ ex manu duo exigui ꝓ-

ceſſus in ſinu radij conijciunt. Tū ex altera parte recta quinque oſſa ad digitos tēdētia palmā explēt: a qbus ipſi digiti oriunt: qui ex oſſibus ternis cōſtat: omniūq; eadem ratio ē: Interius os i verticē ſinuat: recipitq; exterioris exiguū tuberculū: neruiq; ea cōtinent: a qbus orti vngues īdureſcūt. Ideoq; nō oſſi: ſed carni magis radicibus ſuis inhærēt. Ac ſupiores qdē ptes ſic ordinatæ ſunt. Ima vero ſpina in coxarum oſſe deſidit: qd transuerſū longeq; valētiſſimū: vuluā: veſicā: rectū inteſtinū tuet: idq; ab exteriore pte gibbū ad ſpinā reſupinatū a lateribus ideſt i ipſis coxis ſinus rotūdos habet: a quibus orit os quod pectinē vocāt. idq; ſup iteſtina ſub pube trāſuerſū vētrē format: rectius i viris: recuruatū magis i exteriora in fœminis: ne partū ꝓhibeat. Inde fœmina oriūtur. quoꝝ capita rotūdiora ēt quā hūcroꝝ ſunt: cū illa ex cæteris rotūdiſſima ſint. Infra vero duos ꝓceſſus a priore & a poſteriore pte habēt. Dei dura & medulloſa & ab exteriore parte gibba habent: rurſus ab īferioribus quoq; capitibus ītumeſcūt: Superiora i ſinus coxæ ſicut humeri i ea oſſa: quæ ſcapulaꝝ ſunt: coiciūt. tū infra introrſus leniter ītendūt: quo æqualius ſupiora mēbra ſuſtineāt. Atq; in eo inferiora quoq; capita media ſinuant: quo facilius excipi a cruribus poſſint. Quæ cōmiſſura oſſe paruo molli carti laginoſo tegit: patellā vocant. Hæc ſuper innatās. nec vlli oſſi ihærēs: ſed carne & neruis deligata: pauloq; magis ad femoris inter oēs crurū flexus iunctura tuet. Ipſū aūt crus ē ex oſſibus duobus. & enī ꝓ oīa femur humero: crus vero brachio: ſimile ē. adeo vt habitus quoq; & decor alterius ex altero cognoſcat. Quod ab oſſibus īcipiens ēt in carne reſpōdet. Verū alterū os ab exteriore parte: ſupra poſitū ē. qd ipſū quoq; ſupra recte nomiat. Id breui9: ſupraq; tēuius ad ipos talos ītumeſcit. Alterū a priore pte poſitū cui tibiæ nomē eſt: lōgius & i ſupiore pte plenius ſolū cū femoris inferiore capite cōmittit. ſicut cū humero cubitus. Atq; ea quoq; oſſa infra ſupraq; cōiuncta media: vt in brachio dehiſcūt. Excipit ām crus infra oſſa ex trāſuerſo taloꝝ: idq; ipſū ſup os calcis ſitū eſt qd qdā parte ſinuat: qdā exceſſus habet: & ꝓcedētia ex talo recipit: & in ſinū eius īſerit. idq; ſine medulla durū magiſq; i poſteriorē ptē ꝓiectū: teretē ibi figurā repſentat. Cætera oſſa pedis ad eorū que in manu ſunt ſimilitudinem inſtructa ſunt. Plātæ palmæ digiti: digitis: vngues: vnguibus reſpondent.

¶ Oſſa uiciata & corrupta qbus ſignis cognoſcant & qua rōne curent. Caput. ii.

Mne autē os ubi iniuria acceſſit: aut viciat: aut findit: aut frangit: aut forat: aut collit: aut loco mouetur. Id qd viciatū ē. primo fere pingueſit. deinde vel nigrū: vel carioſum. Quæ ſup natis grauibus vlceribus aut fiſtulis: hiſq; vel lōga vetuſtate vel ētcancro occupatis eueniunt. Oportet āt ante oīa os nudare vlcere exciſo & ſi latius eius viciū eſt: quā vlcus fuit. carnē ſubſecare: donec integrū os vndiq; pateat. tū id qd pigue ē ſemel iterūue ſatis ē admoto ferramēto adurere: vt ex eo ſtatu ſe cedat. aut eradere donec iā aliquid cruoris oſtendat. q̄ itegrioris nota ē. nā neceſſe eſt aridum ſit id qd viciatū ē. Idē in cartilagine quoq; læſa faciendū eſt. Siqdem ea quoq; ſcalpello radenda eſt: donec integrum id ſit qd relinq̄tur. Deinde ſiue os: ſiue cartilago raſa eſt nitro bene trito reſpergendum eſt. Neq; alia facienda ſunt ubi caries: nigrities ue in ſūmo oſſe eſt. Siqdē id uel paulo diutius eodē ferramēto adurendū: uel radendū eſt. Qui radit hæc: audacter iprimere ferramētū debet: ut & agat aliquid & maturius deſinat. Finis ē: cū uel ad albūos. uel ad ſolidū uentum eſt. Albo finiri ex nigritie uitium: ſoliditate quadā ex carie manifeſtum eſt: accedere etiā cruoris aliquid ītegro ſupra dictum eſt. Si quando autem altius deſcenderit utrumlibet dubium ē. In carie quidem expedita cognito eſt. Specillū tenue in foramē demittit. qd magis minuſue ītrādo: uel in ſūmo cariē eſſe: uel altius diſtēdiſſe teſtat. Nigrities colligi qdē poteſt

ēt ex dolore & ex febre. Quæ vbi mediocria ſunt: illa alte deſcēdiſſe nō pōt. Manifeſtior tñ ad acta terebra fit. Nā finis vicij eſt vbi ſcobis nigra eſſe deſijt. Igitur ſi caries alte deſcēdit: p terebrā vrgēda crebris foraminibus ē. q̄ altitudine viciū æquent. Tū in ea foramina demittēda candētia ferramēta ſunt. donec inde ſiccū os ex toto fiat. Simul. n. poſt hæc & reſolueť ab iferiore oſſe quodcūq; viciatū ē: & his ſinus carne replebiť: & humor aut nullus poſtea fereť: aut mediocris. Sin āt nigrities ē. aut ſi caries ad alterā quoq; partē oſſis trāſit: oportet excidi. Atq; idē in carie quoq; ad alterā ptē oſſis penetrāte fieri pōt. Sed qđ totū viciatū: totū eximēdū ē. Si iferior pars ītegra ē: eatenus qđ corruptū ē: excidi debet. Itē ſiue capitis. ſiue pectoris os: ſiue coſta carioſa ē: inutilis vicio ē: & excidēdi neceſſitas ē. Neq; audiēdi ſūt q oſſe nudato diē tertiū expectāt vt tunc excidāt. Ante iflāmationē. n. tutius oīa tractanť. Itaq; quantū fieri pōt eodē momēto & cutis icidēda eſt: & os detegēdū: & oī vicio liberandū ē. Lōgeq; pnitioſiſſimū ē: quod in oſſe pectoris eſt: quia vix ēt ſi recte ceſſit curatio veram ſanitatē reddit.

¶ Quomodo os excidať. & de Mediolo & Terebra ferramētis ad id paris. Caput. iii.

Xcidiť vero os duobus modis. Si paruulū ē: qđ læſū ē: modiolo: quē choenicion græci vocāt. Si ſpacioſus: terebris. V triuſq; rōnē ꝓponā. Mediolus ferramētū concauū: teres ē imis oris ferratū: p qđ mediū clauus ipſe quoq; iteri ore orbe cinctus demittiť. Terebrarū autē duo genera ſūt. Alterū ſimile ei quo fabri vtunť. Alterū capituli lōgioris: qđ ab acuto mucrōe icipit. deīde ſubito latius fit: atq; iterū ab alio pricipio paulo minus quā æqualiter ſurſū ꝓcedit. Si viciū i anguſto eſt: qđ cōpræhēdere modiolus poſſit ille potius aptať. Et ſi caries ſubeſt. medi⁹ clauus i foramē demittiť. Si nigrities: angulo ſcalpri ſinus exiguus fit: q clauū recipiat: vt eo i ſiſtēte circū actus modiolus delabi nō poſſit. Deīde his habena q̄ſi terebra conuertiť. Eſtq; qdā pmendi modus: vt & foreť & circū agať. qa ſi leuiter iprimiť: parū ꝓficit: Si grauiter: nō moueť. Neq; alienū ē iſtillare paulū roſæ vel lactis: quo magis lubrico circūagať. Quod ipſū tñ ſi copioſius ē aciē ferramenti hebetat. at vbi iā inter modiolo preſſū eſt: medius clauus educiť: & ille p ſe agiť. Deīde cū ſanitas inferioris partis ſcobe cognita ē: modiolus remoueť: at ſi lati⁹ viciū ē. quā vt illo cōprahēdať. terebra res agēda ē. Ea foramē fit i ipſo fine vicioſi oſſis atq; itegri. deīde alterū ñ ita. lōge tertiū q; dōec totus is loc⁹: q excidēdus ē: his cauis cinctus ſit. atq; ibi quoq; q̄tenus terebra agēda ſit: ſcobis ſignificat. Tūc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterū malleolo adactus: id qđ inter vtrūq; mediū ē: excidit: ac ſic ambitus ſimilis ei fit: q in anguſtiorē orbē modiolo iprimiť. V tro mō uero id circūductū ē: idē exciſorius ſcalper: in oſſe corrupto planus ſūmā quanq; teſtā læſit: donec itegrū os relinq̄tur. V ix unq̄ nigrities itegrū: caries p totū os prūpit: maxieq; ubi uitiata caluaria ē: Id quoq; ſigni ſpecillo ſignificať: q depſſus in id foramē: qđ ifra ſolidā ſedē habet: & ob id renitēs aliqđ iuenit & madēs exit. Si puiū iuenit: altius deſcēdēs iter os & mēbranā nihil oppoſitū iuenit: educiturq; ſiccus: nō quo nō ſubſit aliq̄ uitioſa ſanies. ſed qm̄ ibi ut in latiore ſede diffuſa ſit. Siue autē nigrities: quā terebra detexit. ſiue caries: quā ſpecillū oſtēdit: os trāſit modioli qdē uſus fere ſupuacuus ē: qa latius pateat neceſſe ē: qđ iā alte ꝓceſſit. Terebra uero ea: quā ſecūdo loco poſui utēdū: eaq; ne nimis icaleſcat ſubīde i aquā frigidā demittēda ē. Sed tū maiore cura agēdū ē. cū iā aut ſimplex os dimidiū pforatū ē: aut i duplici: ſupius. Illud: ſpatiū ipſū: hoc ſāguis ſignificat. Ergo tū lētius ducēda habēa: ſuſpēdēdaq; magis ſiniſtra manus ē: & ſæpius attollēda. & foraminis altitudo cōſiderāda: ut quā docunq; os prūpiť ſentiamus: neq; piclitemur: ne mucrone cerebri mēbrana lædať. Ex quo graues inflāmationes cū piculo mortis oriuntur. Factis

foraminibus eodē mō media ſæpe: ſed multo circūſpectius excidēda ſunt: ne forte angulus ſcalpri eandē mēbranā violet: donec fiat aditus: per quā mēbranæ cuſtos īmitta tur: menyngophylacas græci vocāt. Lamina ænea eſt firma: paulū reſina ab exteriore parte læuis: quæ demiſſa ē: vt exterior pars eius cerebro ꝓpior ſit. ſubinde ei ſubijcitur quod ſcalpro diſcutiendū eſt ac ſi excipit eius angulū: vltra tranſire nō patitur: eoq; & audacius & tutius ſcalprū malleolo ſubinde medicus fierit: donec exciſū vndiq; os eadē lamina leuetur tolliq; ſine vlla noxa cerebri pōt. Vbi totū os eiectū ē: circūradendę leuandæq; ſunt oræ & ſi quis ſcobis mēbranæ inſedit: colligendū. Vbi ſuperiori parte ſublata: inferior relicta eſt: nō ora tm̄: ſed os quoq; totū lauandū eſt. vt ſine noxa poſtea cutis increſcat. quæ aſpero oſſe īnaſcens protinus non ſanitatē: ſed nouos dolores mouet. Patefacto cerebro qua rōne agendū ſit dicā: cū ad fracta oſſa puenero. Si baſis aliqua ſeruata ē: ſuperīponēda ſunt medicamēta non pinguia: quæ recentibus vulneribus accōmodantur: ſupraq; īponenda lana ſuccida oleo atq; aceto madens. Vbi tē pus proceſſit: ab ipſo ore caro increſcit: eaq; factū manu ſinum cōplet. Si quod etiam os aduſtū eſt: a parte ſana recedit: ſubitq; inter integrā atq; emortuam partē caruncula: quæ qd̄ abſceſſit: expellat. eaq; fere quia teſta tenuis & anguſta eſt. ſquama eſt. ideſt lepis a græcis nominatur. Poteſt ēt euenire: vt ex ictu neq; findat̄ os: neq; pfringat̄ ſed ſūmum tm̄ collidatur: exaſpereturq;. Quod vbi incidit: radi & leuari ſatis ē. Hæc quāuis maxime fiunt in capite: tm̄ cæteris quoq; oſſibus communia ſunt. vt vbicunq; idem incidet: eodem remedio ſit vtendum. Atq; cum ea fracta: fiſſa: forata: colliſa ſint: quaſdam proprias in ſingulis generibus: quaſdam communes in pluribus curationes requrunt. De quibus protinus dicam: initio ab eadem caluaria accepto.

¶ De caluariæ curatione. Caput. iiij.

Gitur vbi ea ptuſa: ꝓtinus requirendū eſt: nū bilē is homo vomerit: num oculi eius obcæcati ſint: nū obmutuerit: nū per nares aureſue ſanguis ei effluxerit: nū cōciderit: nū ſine ſenſu q̄ſi dormiēs iacuerit. Hæc eni nō niſi oſſe fracto euenīunt. Atq; vbi inciderunt: ſcire licet neceſſariā: ſed difficilē curationē eſſe. Si vero etiā torpor acceſſit: ſi mens non cōſtat: ſi neruoq; vel reſolutio vel diſtentio ſecuta eſt. veriſimile eſt ēt cerebri mēbranā eſſe violatā eoq; in anguſto magis ſpes eſt. At ſi nihil horū ſecutū eſt pōt ēt dubitari: an os fractū ſit. Et protinus cōſiderandū ē: lapide: an ligno: an ferro: an alio telo percuſſū ſit. & hoc ipſo leni: an aſpero: mediocri an vaſtiore: vehemēter: an leniter Quia quo mitior ictus fuit: eo facilius os ei reſtitiſſe credibile ē. Sed nihil tm̄ melius ē: quā certiore id nota explorare. Ergo q̄ plaga ē: demitti ſpecillū oportet: neq; nimis tenue: neq; acutū: ne cū i quoſdā ſinus naturales iciderit: opionē fracti oſſis fruſtra faciat neq; nimis plenū: ne paruulæ rimulæ fallāt. Vbi ſpecillū ad os venit nihil lene & lubricū occurrit: integrū id videri pōt. Si qd aſperi ē vtiq; qua futuræ non ſint: fractū os eſſe teſtat̄. A futuris ſe deceptū eſſe Hyppocrates memoriæ prodidit more ſcilicet magnorū viroq; & fiduciā magnarū rerum habentium. Nā leuia īgenia: quia nihil habēt: nihil ſibi detrahūt. Magno ingenio: multaq; nihilomius habituro cō uenit ēt ſimplex veri erroris confeſſio: præcipueq; i eo miniſterio quod utilitatis cauſa poſteris traditur. ne q decipiant̄ eadē ratione: q̄ quis ante deceptus eſt. Sed hæc quidē alioquin memoria magni profeſſoris uti interponeremus effecit. Poteſt autē futura eo nomine fallere. quæq; aſpera ē: vt aliquis hanc eſſe: etiam ſi rima eſt: exiſtimet eo loco: quo ſubeſſe hāc ueriſimile ē. Ergo eo nomie decipi nō oportet. ſed os apire tutiſſimū ē. Nā neq; utiq; certa ſedes ut ſupra poſui. futurarū ē: & pōt idē: & naturaliter cōmiſſū: & ictu fiſſum eſſe: iuxtaue aliquid fiſſum habere. Quin aliqd ctiā: ubi ictus fuerit ue-

hemẽtior: quãuis ſpecillo nihil iuenit tñ aperire cõmodius eſt. At ſi ne tũ qdẽ rima manifeſta ẽ iducẽdũ ſup os atramentũ ſcriptoriũ eſt: deinde ſcalpro id detrahendum. Nigritiẽ. n. continet ſi qd fiſſum eſt. Solet ẽt euenire. vt altera parte fuerit ictus: & os altera fiderit. Itaq; ſi grauiter aliqs pcuſſus eſt: ſi mala inditia ſubſecuta ſunt. neq; ea parte qua cutis diſcuſſa ẽ: rima reperit: nõ icõmodũ ẽ pte altera cõſiderare: nũqs locus mollior ſit & tumeat: eũq; aperire. Si qdẽ ibi fiſſum os reperiet. nec tñ magno negocio cutis ſaneſcit ẽt ſi fruſtra deſecta eſt. Os fractũ niſi ſuccurſum ẽ grauibus iflãmatiõibus afficit: difficiliuſq; poſtea tractat. Raro: ſed aliqñ tñ euenit: vt os qdẽ totũ itegrũ maneat: intus vero ex ictu vena aliqua i cerebri mẽbrana rupta aliqd ſanguinis mittat: hiſq; ibi cõcretus magnos dolores moueat: oculos quibus obcecet. Sed fere contra id dolor ẽ: & eo loco cute iciſa pallidũ os reperit. Ideoq; id quoq; os excidẽdũ ẽ. quacũq; aũt de cã curatio hæc neceſſaria ẽ: ſi nõdũ ſatis cutis patefacta ẽ: latius aperiẽda eſt: donec quicquid læſum ẽ i conſpectu ſit. In quo ipſo videdũ ẽ: nequid ex ipſa mẽbranula quæ ſub cute caluariã cingit: ſup os relinquat. ſi quidẽ hæc ſcalpro terebriſue lacerata vehemẽtes febres cũ iflãmationibus excitat. Itaq; eã cõmodius é ex toto ab oſſe diduci. Plagã: ſi ex vulnere ẽ. talẽ neceſſe eſt habeamus: qualẽ acceperimus. ſi manu facienda ẽ: ea fere cõmodiſſima ẽ: quæ duabus tranſuerſis lineis litteræ. X. figurã accipit: ut deinde a ſingulis pcedẽtibus ſingulis cutis ſubſequat. Inter quæ ſi ſanguis ferꝫ: ſpongia ſubide in aceto tincta cohibẽdus ẽ. occupanduſq; obiectis linamẽtis. & caput altius excitãdũ. Neq; id viciũ vllũ metũ niſi iter muſculos: q tpa cõtinẽt: affert. ſed ibi quoq; nihil tutius ſit. In oi vero fiſſo fractoue oſſe ptinus antiquiores medici ad ferramenta veniebãt: quibus id exciderẽt. Sed multo melius eſt: ante emplaſtra experiri: quæ caluariæ cã cõponũt. Eorũq; aliquid oportet ex aceto mollitũ p ſe ſup fiſſum: fractumue os imponere: deinde ſuper id aliquanto latius quam vulnus eſt: eodem medicamento illitum linteolũ & præterea ſuccidã lanã aceto tinctã. Tũc vulnus deligare & quotidie reſolue re: ſimiliterq; curare vſq; ad diẽ quintũ. A ſexto die ẽt vapore aquæ calidæ p ſpõgiã foue re. cætera ex eadẽ facere. quod ſi carũcula increſcere cœperit: & febricula aut ſoluta erit aut leuior & cupiditas cibi reuerterit ſatiſq; ſomni accedet in eodẽ medicamẽto erit perſeuerandũ. Procedente deinde tpe emolliendũ id emplaſtrũ adiecto cærato ex roſa facto: quo facilius carnẽ pducat. nã p ſe reprimẽdũ vim habet. Hac rõne ſæpe rimæ callo quoq; implentur: eſtq; ea: oſſis velut cicatrix. & latius fracta oſſa: ſi qua inter ſe non cohærebãt: eodẽ callo glutinãtur: eſtq; aliquanto melius velamentũ cerebro: quam caro quæ exciſo oſſe increſcit. Si vero ſub prima curatione febris intẽdit: breueſq; ſomni: & hidẽ per ſomnia tumultuoſi ſunt: vlcus madet. neq; alit: & i ceruicibus glãdulæ oriuntur: magni dolores ſunt: cibiq; ſup hæc faſtidiũ increſcit. tũ demũ ad manũ ſcalprũ q; venieudũ eſt: Duo vero ſub ictu caluariæ pericula ſunt: ne vel findatur vel medium deſidat: ſi fiſſum eſt: poſſunt oræ eſſe compreſſe: vel quia altera ſup alterã exceſſit: uel ẽt quia vehementer rurſus ſe cõmiſerunt. Ex quo euenit vt humor ad mẽbranã qdẽ deſcendat: exitum vero non habeat: ac ſi eam irritet & graues iflãmationes moueat. Vbi medium deſcedit: eandem cerebri membranam os vrget interdum etiam ex fractura quibuſdam velut aculeis pungentibus. His ita ſuccurrendum eſt: vt tamẽ quam minimũ ex oſſe dematur. Ergo ſi ora alteri inſedit: ſatis eſt id quod eminet plano ſcalpro excidere. quo ſublato iam rima hiat quantum curationi ſatis eſt. At ſi oræ inter ſe coprimuntur: a latere eius interpoſito digiti ſpacio: terebra foramen faciendum eſt: ab eoq; ſcalper duabus lineis ad rimam agendus ad ſimilitudinem. C. litteræ: ſicut vertex eius a foramine baſis ad rimas it: quod ſi rima longius patet. ab altero foramine

rurſus ſimilis ſinus fieri debebit: & ita nihil latēs i eo cē cōcauū ē: abūdeq; exitus datur
itus lædētibus. Ne ſi fractū qdē os deſedit: totū excidi neceſſe ē. ſed ſiue totū ꝓfractū ē
& ab alio ex toto receſſit: ſiue circūpoſitæ caluariæ ihæret exigua ꝑte ab eo qđ natura-
liter ſe hēt ſcalpro diuidēdū ē. deide i eo qđ deſedit iuxta rimā quā fecimus foramīa ad
dēda ſunt: Si i anguſto noxa ē: duo. ſi latius patet: tria: ſeptaq; eoꝝ excidēda. & tū ſcal
per vtriq; ad rimā agēdus: ſic vt lunatū ſinū faciat: imaq; ꝑs eiꝰ itꝰ ad fracturā. cornua
ad os itegrū ſpectēt. Deide ſiq̄ labēt & ex facili remoueri poſſūt. forfice ad id facta col
ligēda ſunt: maxieq; eā q̄ acuta mēbranā ifeſtāt. ſi id ex facili fieri nō pōt: ſubijcienda la
mina ē: q̄ cuſtodē eiꝰ mēbranæ eē ꝓpoſui: & ſup eā qcqd ſpinoſū ē & itus emiet excidē
dū ē: eadē lamina qcqd deorſū iſedit attollēdū. Hoc gēus curatiōis efficit: vt q̄ ꝑte fra-
cta oſſa tñ ihærēt: ſolidēt. qua ꝑte abrupta ſunt: ſine vllo tormēto ſub medicamēti tē-
pore excidāt ſpaciūq; iter hæc ſatis illi magnū ad extrahēdā ſaniē reliquat: pluſq; i oſſe
ꝓpugnaculi cerebrū habeat: q̄ habiturū fuit eo exciſo. His factis ea mēbrana acri ace-
to reſpergēda ē: vt ſiue aliqd ſanguinis ex ea ꝓfluit: cohibeat ſiue itus cōcretus cruor
remāct: diſcutiat. Tū idē medicamētū eodē mō: q ſupra poſitus ē: mollitū ipſi mēbra
næ iponēdū ē. Cæteraq; eodē mō faciēda ſūt: quæ ad liteolū illitū & lanā ſuccidā ptinēt
collocāduſq; is loco i tepido: & curādū quotidie vulnꝰ: bis ēt æſtate qđ ſi mēbrana
ꝑ iflāmationē itumuerit: fundēda erit roſa tepida. Si vſq; eo tumebit: vt ſup oſſa quo
q; emineat: coercebit eā bene trita lēticula: vel folia vitis cōtrita & cū recenti vel butyro
vel adipe anſerio mixta ceruixq; molliri debebit liquido cærato ex irino facto. At ſi pa
rū pura mēbrana videbit par modus eiꝰ emplaſtri & mellis miſcēdus erit: idq; ſupin-
fundēdū: ciuſq; cōtinēdi cā vnū aut alterū linamētū inijciēdū & ſup liteolo cui empla-
ſtrū illitū ſit: cōtegēdū. Vbi plus pura mēbrana ē: eadē rōne adijciēdū emplaſtro cæra
tū: vt carnē ꝓducat. Quod ad abſtinētiā vero & primos vlterioreſq; cibos potioneſq;
ptinet. eadē quæ i vulneribus p̄cepi: ſeruāda ſunt. eo magis: quo piculoſius hæc ꝑs affi
ciť. Quin ēt cū iā nō ſolū ſubſtineri ſed alibis quoq; apparebūt. tñ erūt vitāda quæcū-
q; mādēda ſunt. itē fumus & qcqd excitat ſternutamētū. Spē vero certā faciūt mēbra-
na mollis ac ſui coloris: caro icreſcēs rubicūda: facilis motus maxille atq; ceruicis. Ma
la ſigna ſunt. membrana imobilis nigra vel liuida uel aliter coloris corrupti: demētia:
actis uomitus: neruoꝝ uel reſolutio uel diſtētio: caro liuida maxillarū rigor atq; cerui
cis. Cæteraq; q̄ ad ſomnū: cibi deſideriū: febrē: puris colorē attinēt: eadē quæ i cæteris
uulneribus uel ſalutaria uel mortifera ſunt. ubi bene res cedit: icipit ab ipſa mēbrana:
uel ſi os eo loco duplex ē: ide quoq; caro icreſcere. eaq; id: qđ iter oſſa uacuū ē: replet.
Nōnūq̄ ēt ſup caluariē excreſcit. Quod ſi icidit iſpergēda ſquama æris ē ut id reprimat
cohibeatq;: ea carni ſup dādo q̄ ad cicatricē ꝓducāt: Oibuſq; ea locis cōmode iducit ex
cepta frōtis ea ꝑte: q̄ paulū ſup id ēqđ iter ſupercilia ē. Ibi. n. uix fieri pōt. ut ꝓ oēm æta
tē ſit exulceratio: q̄ liteolo medicamētū habēte cōtegēda ſit. Illa utiq; capite fracto ſer
uāda ſūt ut dōec iā ualida cicatrix erit ſoluēda: uitēt freq̄ns balneū: maior uini modus.

¶De narium fractarum curatione. Caput. v.

i

Naribus uero & os & cartilago frāgi ſolet: & qdē modo aduerſa: modo a la
ter e. ſi aduerſa fracta ſunt alterūue ex his nares deſidūt. difficulter ſpiritus tra
hiť. ſi a latere os fractū ē. is locus cauus ē. ſi cartilago i alterā ptē nares declinā
tur. Quicquid in cartilaginē incidit. excitandū leniter ē: aut ſubiecto ſpecillo: aut duo
bus digitis utrinq; compreſſis. Deinde in longitudinem implicata linamenta & molli
pellicula cincta circum ſutaq;: intus adijcienda ſunt. Aut eodē mō cōpoſitum aliqd ex
atrido pēicillo. Aut grādis pīna gummi uel fabrili glutine illita & molli pellicula cir-

cũdata: q̃ desidere cartilaginẽ ñ sinat. Sed si aduersa ea fracta ẽ: æq̃liter utraq; naris implẽda ẽ. Si a latere crassius esse debet ab ea pte ī q̃ nasus iacet: ab altera tenuius ī id qđ ī scrit̃. Extrīsecus ãt circũdãda habena ẽ mollis media illita mixtis iter se similia & turis fuligie. eaq; vltra aures ducẽda & frõti duobus capitibus agglutinãda ẽ. Id. n. corpori q̃si glutẽ ihæresc it & cũ iduruit nares cõmode cõtinet. Sin qđ itus inditũ ẽ lædit: sicut maxie fit vbi iterior cartilago pfracta ẽ: excitatæ nares eadẽ tantũmõ habẽa cõtinendæ sunt. Deide post quattuordeci dies id ipsũ demẽdũ ẽ. Resoluit̃ ãt aqua calida: eaq; tũ is locus quotidie fouẽdus ẽ: Sin os fractũ ẽ id quoq; digitis ī suã sedẽ reponẽdũ ẽ. atq; vbi aduersũ id dictũ ẽ. vtraq; naris iplẽda ẽ. vbi a latere ea inq̃ os ipulsũ ẽ. iponẽdũq; cæratũ & paulo vchemẽtius deligãdũ ẽ. qa callus eo loco nõ ad sanitatẽ tantũmõ: sed ẽt ad tumorẽ icrescit. A tercio die fouẽdũ id aqua calida ẽ tãtoq; magis quãto ꝑpius esse sanitati debet. Quod si pura erũt fragmẽta nihilominus extrīsecus singula ī suas sedes digitis erũt cõpellẽda: iponẽdaq; extrīsecus eadẽ habẽa: & sup eã cæratũ: neq; vltra fascia adhibẽda ẽ. At si qđ fragmẽtũ vndiq; resolutũ cũ cæteris nõ glutinabit̃: itelligetur qdẽ ex hũore: q multus ex vulnere feret̃: vulsella vero extrahet̃. Finitisq; iflãmatiõibus ponet̃ aliquod medicamẽtũ ex ijs q̃ leniter reprimũt. Peius est vbi aut ossi: aut cartilagini fractæ: cutis quoq; vulnus accessit. Id admodũ raro fit. si incidit illa qdẽ nihilominus eadẽ rõne ī suas sedes excitãda sunt. Cuti vero sup iponẽdũ emplastrũ aliqđ ex his quæ recentibus vulneribus accõmodata sunt, sed insup nullo vinculo deligandum est.

¶ De aurium fractarum curatione Caput. vi.

In aure quoq; iterdũ rũpit̃ cartilago: qđ si icidit. anteq̃ pus oriat̃: iponẽdum glutinãs medicamẽtũ ẽ. Sæpe. n. suppurationẽ ꝓhibet & aurẽ cõfirmat. Illud & ī hac & ī naribus ignorari nõ oportet. nõ qdẽ cartilaginẽ ipsã glutinari: circa tñ carnẽ icrescere solidariq; eũ locũ. Itaq; si cũ cute cartilago rupta ẽ: cutis vtriq; suitur. Nũc ãt de ea dico: quæ cute ita frãgit̃. In ea vero si iã pus natũ ẽ: aperiẽda altera pte cutis: & ipsa cartilago cõtra lunata plaga excidẽda ẽ. Deide vtẽdũ ẽ medicamento leniter supprimẽte quale lyciũ ẽ aqua dilutũ: donec sanguis fluere desinat. Tũ imponendum linteolũ cũ emplastro: sic vt pingue oẽ vitet̃: & a pte posteriore lana mollis auri subijcienda est: quæ quod est inter hanc & caput compleat: Tum ea leniter deliganda ẽ: & a tercio die vapore: vt in naribus posui: fouenda. Atq; in his quoq; generibus abstinẽtia primi temporis necessaria est: donec inflammatio finiatur.

¶ De maxillæ fractæ curatione. deq; qbusdã ad oĩa ossa pertinẽtibus. Caput. vij.

Bhis ad maxillã vẽturus indicanda quædã puto cõiter ad oĩa ossa pertinentia a ne sæpius eadẽ dicẽda sunt. Omne igit̃ os modo rectũ vt lignũ in longitudinẽ findit̃: modo frãgit̃ trãsuersum: interdũ obliquũ atq; in ipsum nõnũq̃ retusa habet capita: nõnũq̃ acuta. Quod gẽus pessimũ est. qa neq; facile cõmittũt̃: quæ nulli retuso initunt̃: & carnẽ vulnerant: interdũ neruũ quoq; aut musculũ. Quin ẽt aliquando plura fragmẽta. a fragmẽto fiũt. Sed ī alijs qdẽ ossibꝰ ex toto sæpe fragmẽtũ a fragmẽto recedit. Maxillæ vero semp aliq̃ pte ẽt uexata ossa iter se cohærent. Igitur in primis digitis duobus utrinq; ꝑmentibus & ab ore & ab cute oĩno ossa in suã sedẽ cõpellẽda sunt. Deinde si transuersa maxilla fracta est: sub qua casu fere dens super proximũ dentẽ excedit. Vbi ea in suã sedẽ collocata est: duo ꝓximi dentes. aut si hilabãt: ulteriores inter se seta deligandi sunt. Id in alio genere fracturæ superuacuũ ẽ. Cætera eadẽ faciẽda sunt. Nã linteolũ duplex madẽs uino & oleo sup injciẽdũ cũ eadẽ similia & cadẽ turis fuligie ẽ. Deide aut fascia: aut mollis habẽa media ī lõgitudinẽ icisa: ut vtriq; mẽtũ cõplectat̃: & ide capita eiꝰ supra caput adducta ibi deligãt̃. Illud quoq; ad oĩa ossa

ptinēs dictū erit famē primū eē necessariā: deide a die tercio hūidū cibū: sublata iflāma tiōe paulo pleniorē: eūq; q carnē alat: p oē tps vinū esse alienū. Deide tercio die resolui debere: foueriq; p spōgiā vapore aquæ calidæ. eadēq; q̄ prio fuerūt sup dari. Ite die qnto fieri: & dōec iflāmatio finiat. quæ vel octauo die: vel septio fere resoluit. Ea sublata: rursus ossa esse tractāda: vt si qd fragmētū loco suo nō ē: reponat. Neq; id esse soluendū nisi duæ ptes eius tpis intra qd quæq; ossa cōserūt. trāslerint. Fere vero intra quartū decimū & vnū & vigesimū diē sanescunt maxilla: malæ: iugulū: pectus: os scapularū: costæ: spina coxarū: os tali: calx: manus: planta. Inter vigesimū & trigesimum diē crura brachiaq;. Inter septimum & vigesimū & quadragesimū humeri & fœmina. Sed in maxilla illud quoq; adijciedum ē: quod humidus cibus diu assumendus est. Atq; etiā cum tempus processit: in lagano: similibusq; alijs perseuerandum donec ex toto maxillam callus firmarit. Item vtiq; primis diebus habendum silentium.

¶ De iuguli fracti curatione. Caput. viij.

Vgulū vero si trāsuersum fractū ē: nōnūq̄ p se rursus recte coit: & nisi mouet:
i sanari sine iūctura pōt. Nōnūq̄ vero: maxieq; vbi motū ē: elabit. fereq; id qd a
pectore. sub id qd ab hūero ē: i posteriorē ptē iclinat: Cuius ea rō ē qd p se nō
mouet: sed cū hūeri motu cōsentit. Itaq; eo subsistēte sub id hūerus agitat. Raro vero admodū i priorē ptē iugulū iclinat: adeo vt magni ꝓfessores nūq̄ se vidisse memoriæ mādarint. Sed locuples tñ eius rei auctor Hippocrates ē. Verū vt dissimilis vterq; casus ē: sic q̄dā dissimilia reqrit. Vbi ad scapulas iugulū tēdit: simul dextra māu plane p pellēdus i posteriorē ptē hūerus ē & illud i priorē attrahēdū. Vbi ad pectus cōuersum ē: ipsū qdē retro dādū: hūerus āt i priorē ptē adducēdus ē. Ac si is iferior ē: nō id qd a pectore ē: deprimēdū ē: qa īmobile ē: sed hūerus ipse attollēdus. Si casu superior ē. id qd a pectore ē: iplēdū lana. & hūerus ad pectus deligādus ē. Si acuta fragmēta sunt: i cidi cōtra cutis debet: ex ossibus ea: quæ carnē vulnerāt: præcidēda sunt. tūc retusa ossa cōmittāda sunt. Si qd ab aliqua pte emiet: opponēdū ei triplex linteolū ē i vino & oleo tinctū. Si plura fragmēta sunt: excipiēda sunt ex ferula facto canaliculo: eodēq; itus i cerato: ne fascia diducat. quæ iugulo cōpositō circūdāda ē sæpius potius quā valētius. Quod ipsum quoq; i oibus ossibus fractis ꝓpetuū ē. A dextro vero iugulo. si id fractū ē: ad alā sinistrā: a sinistro: ad dexterā. Rursusq; sub ala sua fasciari debet. Post hæc si iugulū ad scapulas iclinatū ē: brachiū ad latus. si i partē priorē: ad ceruicē deligādum ē. Supinusq; hō collocādus: cæteraq; eadē faciēda: quæ supra cōprehēsa sunt. Sunt vero plura ossa fere īmobilia vel dura vel cartilaginosa: quæ vel frāgunt: vel forant vel collidunt vel finduntur. vt malæ pectus. latus: os scapularū: costæ spina costarū: os tali: calx. manus: planta. Horū oīum eadē curatio est. Si supra vulnus est: iid suis medicamentis nutriendū est. Quo sanescente rimas quoq; ossis: aut si qd ferrumē est. callus īplet. Si cutis integra ē: & os læsum esse ex dolore colligimus: nihil aliud: quā qescēdū īponēdumq; cæratum est. & leniter deligandum. donec sanitate ossis dolor finiatur.

¶ De costarum fractarum curatione: Caput. ix.

Roprie tñ quædā de costa dicēda sunt: qa iuxta uiscera ē: grauioribusq; periculis is locus expositus est. Hæc quoq; igit interdū sic findit: ut ne summū qdē
p os: sed interior pars eius. quæ rara est. lædatur interdū fit ut eam totā is casus perruperit. Si tota fracta non est: nec sanguis expuitur: nec febricula sequit nec qcquā suppurat: nisi admodū raro: nec dolor magnus est. tactu tamen is locus lenitur indolescit: abunde est eadem quæ supra scripta sunt facere. & a media fascia incipere deligare: ne i alterutrā partē hæc cutē iclinet. Ab vno vero & vigesimo die quo vtiq; os esse de-

bet glutinatū id agēdū. Cibis vberioribus ē vtēdū: vt corpus quā pleniſſimū fiat: quo melius os veſtiat. qđ illo loco tenerū: adhuc iniuriæ ſub tenui cute expoſitū ē. Per oē ām tēpus curatiōis vitādus clamor ſermo quoq; tumultus: ira: motus vehemētior corporis: ſumus: puluis: & qcqd vel tuſſim vel ſternutamētū mouet. Ne ſpiritū qdē magnopere cōtinere expedit. At ſi tota coſta ꝓfracta ē: caſus aſperior ē. Nā & graues iflā matiōes & febris & ſuppuratio & ſæpe vitæ ꝑiculū ſeqt & ſanguis ſpuiť. Ergo ſi vires patiūť ab eo brachio: qđ ſup eā coſtā ē: ſanguis mittēdus ē. Si nō patiūť: aliꝰ tñ ſine vllo acri ducēda ē: diutiuſq; iedia pugnādū. Panis vero añ ſeptimū diē nō aſſumēdus: ſed vna ſorbitiōe viuēdū īponēdūq; ei loco cæratū ex lino factū: cui cocta quoq; reſina adiecta ſit. aut Polyarchi malagma. aut panacis ex vino & roſa & oleo: ſuperq; īponenda lana ſuccida mollis & duæ faſcia ea medijs orſæ: minimeq; aſtrictæ. Multo vero magis oīa vitāda: quæ ſupra poſui: adeo vt ne ſpiritus qdē ſæpius mouēdꝰ ſit. Quod ſi tuſſis īfeſtabit: ad id potio ſumēda erit: vel ex tryxagine vel ex ruta vel ex herba ſtychade vel ex cumio & pipe. Grauioribꝰ vero doloribus vrgētibus cataplaſma īponi quoq; cōueniet vel ex lolio vel ex hordeo: cui pinguis fici tercia ꝑs ſit adiecta. Et id qdē īterdiu ſuperiacebit. Noctu uero idē aut cæratū. aut malagma. aut pāni: qa pōt cataplaſma decidere. Ergo quotidie quæq; reſoluet: dōec iā cærato aut malagmate poſſimus eſſe cōtēti & decē qdē diebus extenuabiť fame corpus. ab undecio uero ali īcipit. Ideoq; ēt laxior quā prīo faſcia circūligabiť: fereq; ea curatio ad quadrageſimū diē pueniet. quę ſi modus erit ſuppuratiōis: plus malagma quā cæratū ad digerēdū ꝑficiet. Si ſuppuratio uicerit neq; ꝑ quæ ſupraſcripta ſunt diſcuti potuerit. oīs mora uitāda erit: ne os īfraūiciet. ſed qua ꝑte maxie tumebit: demittēdū erit cadēs ferramētū. dōec ad pus pueniat: idq; effundēdū. Si nuſquā caput ſe oſtēdit: ubi maxie pus ſubit: ſic itelligimus. Creta cimolia totū locū illinimus: & ſiccari patiemur. Quo loco maxie hūor ima perſeuerauit: ibi pus proximū erit: eaq; uti debebit. Si latius aliquid abſcedit: duobus aut tribus locis erit perforandū: demittendū erit linamentū: aut aliquid ex penicillo. qđ ſummū lino ſit deuinctū ut facile educatur. Reliqua eadē: quæ in cæteris aduſtis facienda ſunt: Vbi purū erit ulcus: ali corpus debebit: ne tabes pernitioſa futura id malū ſubſequať. Nōnūq; ēt leuius ipſo oſſe affecto & inter initia neglecto: nō pus ſed humor quidam muccis ſimilis intus coit molleſcitq; contra cutis: in qua ſimili uſtiōe utendū eſt.

¶ De ſpinæ curatione.

i Nſpīa quoq; ē qđ ꝓprie notemus. Nā ſi id qđ ex uertebra excedit aliquo mōfractū ē: locus qdē cōcauꝰ fit: punctiōes āt in eo ſentiūť: qa neceſſe ē ea fragmēta ſpinoſa eſſe. Quo fit ut hō ī īteriorē ꝑtem ſubīde nitať. Hæc noſcēdæ rei cā ſunt. Medicamētis uero. hiſdē opus. ē quæ plurima paruæ huius capitis expoſita ſūt.

¶ De humerorum: brachiorꝫ: femorum: crurum. digitorum fractorum uel euulſorū communibus curationibus. Caput. x.

f Imiles rurſus ex magna ꝑte caſus curatiōeſq; ſunt hūeris & femoribus. Communia ēt quædā humeris: brachijs: femoribus: cruribus: digitis. Si qdē ea minime piculoſe media frangunť. Quo ꝓprior fractura capiti uel ſuperiori uel īferiori ē: eo prior ē. Nā & maiores dolores affert: & difficiliꝰ curať. Ea maxīe tolerabilis ē ſimplex: trāſuerſa. Peior ubi fragmenta: atq; ubi obliqua. Peſſimū ubi eadē acuta. Nōnūq; āt fracta in his oſſa in ſuis ſedibus remanēt: multo ſæpius excidūt: aliudq; ſuper aliud affert: Idq; ante oīa cōſiderari debet. & ſunt notæ certæ. Si ſuis ſedibus mota reſimā: punctiōiſq; ſenſum repſentāt tactu inæqualia ſunt. Si uero nō aduerſa: ſed obliqua iungunť qđ fit ubi loco ſuo nō ſunt: mēbrū id altero latere breuius eſt: & muſcu-

li eius tumẽt. Ergo si hoc deprẽsum ẽ ꝓtinus dimẽbrũ oportet extẽdere. Nã nerui: musculiq; itẽti ꝑ ossa cõtrahũt' neq; ĩ suũ locũ veniũt: nisi illos ꝑ vim aliqs itẽdit. Rursus si primis diebus id obmissũ ẽ: iflãmatio orit': Sub q̃ & difficile & piculose vis neruis adhibet'. Nã distẽtio neruoꝝ vel cãcer sequit': vel certũ vt diutissime alatur pus. Itaq; si ante reposita ossa nõ sunt: postea reponẽda sunt. Intẽdere ãt digitũ vel aliud quoq; mẽbrũ: si adhuc tenerũ est ẽt vnus homo põt: cũ alterã partẽ dextra: alterã siniſtra prẽdit. Valẽtius mẽbrum duobus eget: qui ĩ diuersa cõtendãt. Si firmiores nerui sunt: vt ĩ viris robustis: maximeq; eoꝝ feminibus & cruribus euenit: habẽs quoq; vel linteis fascijs vtriq; capita articuloꝝ deligãda & ꝑ plures ĩ diuersa ducẽda sunt. Vbi paulo longius quã naturaliter esse debet mẽbrũ vis fecit. tũ demũ ossa manibus in suã sedẽ cõpellẽda sunt inditiũq; ossi repositi ẽ. dolor sublatus. Et mẽbrũ alteri parti æquatũ iuoluendũ duplicibus: triplicis pãni & in vino & oleo tinctis: quos linteos esse cõmodius est. Fere vero his: sex opus est. Prima breuissima adhibenda quæ circa fracturã ter voluta sursum versum ferat'. & quasi in coclea serpat: fatisq; est eam ter hoc quoq; modo circuire. Altera dimidio longiore: eaq; qua parte os eminet ab ea si totum æquale est: undelibet sup fracturã debet ĩcipere priori aduersa: deorsumq; tendere atq; iterũ de fractura reuersa ĩ superiore ꝑte vltra priorẽ fasciã desinere. Sup has injciẽdũ latiore linteo cæratũ ẽ qd eas cõtineat. ac si qua ꝑte os eminet: triplex ea pãnus objciẽdus eodẽ vino & oleo madẽs. Hæc tercia fascia cõprehẽdenda sunt: quartaq;: sic vt semp in sequẽs priori aduersa sit: & tercia tm̃ inferiore parte tres in superiore faciãt. qa satius est sæpius circuire quam adstringi. Siquidẽ id qd adstrictũ est. alienat' & cancro oportunũ ẽ. articulũ ãt quã minime vincire opus est. Sed si iuxta hunc os fractũ ẽ: necesse est. Deligatũ vero mẽbrum ĩ diẽ terciũ cõtinẽdũ est. Eaq; iunctura talis esse debet: vt primo die nihil offenderit nõ tm̃ laxa visa sit: secundo laxior: tercio iã pene resoluta. Ergo tũ rursum id mẽbrũ deligandũ: adjciẽda prioribus quinta fascia ẽ: iterũq; quito resoluẽdũ ẽ: & sexta fascijs inuoluẽdũ. sic vt tercia & quinta infra: cæteræ supra finiant'. Quotiẽscũq; ãt soluit' mẽbrũ: calida aqua fouẽdũ ẽ. Sed si iuxta articulũ fractura ẽ: diu istillandũ vinũ ẽ: exigua parte olei adiecta: eadẽq; oĩa faciẽda donec adeo iflãmatio soluat': uel leuius quoq; quã ex cõsuetudine id mẽbrũ fiat. Quod si septimus dies nõ dedit: certe nonus exhibet. Tũ fácillime ossa tractãt'. Rursus ergo si parũ cõmissa sũt: cõmitti debẽt. Siqua fragmẽta eminẽt: in suas sedes reponenda sunt. Deinde eodẽ modo mẽbrũ deligãdũ ferulæq; sup accomodãdæ sunt: quæ fissæ circũpositæq; ossa in sua sede cõtineant: & in quã partẽ fractura ĩclinat: ab ea latior: ualẽtiorq; ferula ĩponẽda ẽ: Easq; oẽs citra articulũ esse oportet resimas: ne hũc lædãt: nec vltra astringi: quã vt ossa cõtineãt: & cũ spacio laxent'. tercio quoq; die paulũ habenis suis coartari: ac si nulla prurigo: nullus dolor est: sic manere donec duæ partes eius tẽporis qd quoq; os cõseruet cõpleant' postea leuius aqua calida fouere quia primo degeri materiã opus est: tũ euocari. Ergo cærato quoq; liquido id pleniter est ungendũ: ꝑfricandaq; summa cutis est: laxiusq; id deligandum est. Tercio quoq; die soluendum sit: ut remota calida aqua: cætera eadẽ fiant. Tantũmodo singulæ fasciæ quotiens resolutæ fuerint: subtrahantur.

¶ De fracti humeri curatione.

Aec communia sunt. Illa propria: Siquidẽ humerus fractus non sic: vt membrum aliud intenditur. Sed homo collocatur alto sedili. medicus autem humiliore aduersus. Vna fascia brachiũ amplexa ex ceruice ipsius: q læsus ẽ: id sustineat. Altera ab altera ꝑte super caput data: ibi accidit nodũ. Tercia iũcto imo humero deorsum demittit': ibi quoq; capitibus eius inter se iunctis. Deinde ab occipitio

